[7] read *quem.* [8] neums not inserted.
[9] read *dirigas* ; the last sentence of the prayer awaits emendation.
[10] read *occasum.*

Deus manifeste ueniet. deus noster et non sileuit.

Ignis ante eum ardebit. et in circuitu eius tempestas[1] ualida.[2]

Aduocabit cęlos sursum. et terra[3] discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius. qui ordinent testamentum eius super sacrificia.

Et adnuntiaberunt celi iustitiam eius. quoniam deus iudex est.

Audi populе meus et loquar. Israhel et testificabor tibi. quoniam deus deus tuus sum ego.

Non super sacrificia tua arguam te. olocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tuo†[4] /uitulos. neque de [col. 2. gregibus tuis yrcos.

Mee sunt enim omnes fere silbarum. iumenta in montibus et bobes.

Cognobi omnia uolatilia cęli. et species agri mecum est.

Si esuriero non dicam tibi. meus enim (orbis terre)[5] et plenitudo eius.

Numquid manducabo carnes taurorum. aut sanguinem yrcorum potabo.

Ynmola deo sacrificium laudis. et redde altissimo uota tua.

Inuoca me in die tribulationis. eripiam te et glorificabis me.

Peccatori autem dixit deus. quare tu enarras iustitias meas. et adsumis testamentum meum per os tuum.

Tu uero odisti disciplinam. et progecisti[6] sermones meos post te.

Si uidebas furem simul cum eo currebas. et cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum habundabit nequitia. et lingua tua concinnabit dolum.

/Sedens aduersus fratrem tuum detraebas. et aduersus [f. 12.*b*. filium matris tue ponebas scandalum.

Hęc fecisti et tacui. existimasti iniquitatem quod ero tibi similis.

Arguam te et statuam illam. contra faciem tuam.

Intelligite hec omnes qui oblibiscimini dominum. nequando rapiat. et non sit qui eripiat.

[1] tempestas] gloss *uentus cum tempestate uel plubia.*
[2] ualida] gloss *ferox (?) uel fortis.*
[3] read terram, discernere] gloss *seperare uel iudicare.*
[4] read *tua.*
[5] orbis terre] interlined.
[6] i.e. *proiecisti.*

Sacrificium laudis honorificabi(s)[1] me. (et) illic est iter quod hostendam illi salutarem meum.

ORATIO. Sacrificium laudis quod honorificaris domine†[2] iter tui altaris hostende. fac nos in die tribulationis nostre propiciust intuere. et† olocausta labiorum nostrorum in conspectu tuo sanctificare semper. ut dum tibi altissimo deo uota reddimus. hostiam iubilationis et placationis uictimas offeramus. atque ita testamentum tuum /ualeamus ordinare super sacrificia. [col. 2. ut sacrificium nostrum possimus conmendare per merita. amen.

ALIA. Inuocamus te domine in die tribulationis ut nos eripias fideique nutrimentis nos crescere facias. ut quod mente proficimus tibi seruiat et usus nostre hactionis laus sit tui perpetim nominis. amen.

L [PSALMVS].

IN FINEM PSALMVS DAVID QVVM VENISSET AD EVM NATAN PROPHETA QVANDO INGRESSVS EST AD VERSABE VXOREM VRIE CETHEI.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. et secundum multitudinem miserationum /tuarum dele [f. 13. iniquitates meas.

Usquequaque laba me ab iniustitia mea. et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego agnosco. et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccabi et malum coram te feci. ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas dum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis peperit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexisti. incerta et occulta sapientię tuę manifestasti michi.

Adsparges meis opo†[3] et mundabor. lauabis me. et supra nibem dealuabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam. et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis /meis. et omnes [col. 2. iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus. spiritum rectum innoba in uisceribus meis.

[1] honorificabis] *s* on erasure, *et* interlined.
[2] perh. transpose *propitius intuere et* before *iter*.
[3] meis opo] the *i* is altered to *y*, sc. *me ysopo*.

Ne proicias me a facię tua . spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

REPETITIO. Redde michi letitiam salutaris tui . spiritu principali confirma me.

Doce(uo)[1] iniquos uias tuas . et impii ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę . laudabit lingua mea iustitias tuas.

Domine labia mea aperies . et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utique . olocaustis uero non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus . cor contritum et humiliatum deus non spernit.

Benigne fac domine in bona uoluntate tua Syon . ut edi/ficentur muri Iherusalem. [f. 13.*b*.

Tunc acceptabis sacrificium iustitię oblationes et olocausta . tunc inpone([2]) super altare tuum uitulos.

SECVNDA FERIA ANTIPHONA. *Miserere mei deus.* *Versus*. Secundum mag.

ORATIO. Miserator domine secundum (multam et)[3] magnam misericordiam tuam . nobis propitius miserere . ut quorum te non latent occulta his de te confitentibus donetur indulgentia copiosa. Quique pro admissis interno rugitu gemimus et pro remissionem†[4] nostrorum criminum suspiramus non nos a facie tua proicias sed tibi soli( )ta[5] piętate ad indulgentię portum adducas.

TERTIA FERIA ANTIPHONA. *Secundum magnam misericordiam tuam dele domine iniquitates meas.*

ORATIO. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates nostras domine ut quia ille nos adgrabant iste nos erigant . cor con/tritum et humiliatum ne spernas in nobis . [col. 2. sed per ineffabilem potentiam trinitatis habitet in nobis spiritus sanctus innobet spiritus rectus confirmet spiritus paraclitus . atque unitatis testimonium sit uirtutis†[6] . ut confirmatos nos per patrem innobatos per filium . custoditos nos esse gaudeamus per spiritum sanctum.

QVARTA FERIA ANTIPHONA. *A peccato meo munda me domine.*

[1] docebo] *uo* on erasure of *am*.
[2] erasure of one letter, read *inponent*.
[3] *multam et* interlined.
[4] read *remissione*.
[5] erasure. Lor. reads *soli debita*.
[6] perhaps read *uirtus* with Lor., whose text, however, is otherwise to be corrected from the present.

ORATIO. A peccatis nostris munda nos domine ut agnoscentes mala que gessimus. non intereamus seductione peccandi. sed purgemur satisfactione deflendi. quum enim mala que†[1] coram te gerimus. ita a te malorum nostrorum remedia postulamus. Vides opera que (a)g( )untur[2]. presta omnia que petuntur. et cum te conscientiarum nostrarum secreta non lateant cor mundum crea /in nobis. ut eius quoque interiora te capiant. cuius [f. 14. exteriora conlaudant. amen.

ANTIPHONA. *Tibi soli peccabi domine malum coram te feci salba me.*

QVINTA FERIA ORATIO. Tibi soli peccabimus (domine[3]) et malum coram te fecimus. cui quidem non celantur abscondita nostra qua†[4] cordis retinent claustra. et tamen erubescimus pandere. quod non metuimus perpetrare. Sed tu domine qui non despicis penitentes suscipe preces humilium. et ueniam tribuę peccatorum ac per potentiam trinitatis rectitudine†[5] qua gradimur doceat nos spiritus sanctus. et ad sanctitatis gloriam pertraat spiritus rectus atque ad iustificationem principalis deducat spiritus paraclitus. ut unit(e)†[6] uirtut(is)[7] inmensa potestas. et pater regat quos condidit. et filius custodiat quos redemit. et spiritus /sanctus repleat quos creabit. amen. [col. 2.

SEXTA FERIA ANTIPHONA. *Auerte faciem tuam a peccatis meis domine.*

ORATIO. Auerte faciem tuam a peccatis nostris domine. et omnes iniquitates nostras delens. remobe ab oculis tuis malorum[8] facinus uoluptatum nostreque confessionis†[9] clementer tuum sanctum appone auditum. et uenię ( )a(d)[10] remedium. amen.

SABBATO ANTIPHONA. *Cor contritum et humiliatum deus ne despicias.*

ORATIO. Quinquagesimum psalmum medicaminibus penitentie plenum meditantes. tu deus qui cuncta conspicis. et nostram[11] linguam persolbis.†[12] Vt sicut David post Hurie Cethei sanguinem fusum per cor contritum et humiliatum diluisti peccata. ita et nostris[13] satisfactione digneris abluere delicta.

ITEM PRIMO DOMINICO DE XLME†[14] ORATIO. Sacrificium tibi domine pro /peccatorum magnitudine mentis deferimus [f. 14.*b*.

[1] om. *que*?
[2] aguntur] altered from *geruntur*?
[3] *domine* interlined.
[4] *quae* Lor.
[5] *rectitudinem qua gradiamur* Lor.
[6] unite] on erasure; read *unicae*.
[7] uirtutis] on erasure.
[8] read *malarum*.
[9] read *confessioni*.
[10] *d* of *da* erased and reinserted after the *a*.
[11] nostram] *meam* in a minute hand interlined.
[12] persolbis] a fresh line is begun after this word. Probably something is lost.
[13] *nostra* Lor. *meis* interlined.
[14] read QVADRAGESIMA.

subiectionem . ut quia†[1] ille adgrabantes internecant . iste nos per multimodam misericordiam tuam erigant† . fac ergo quesumus cor nostrum contritum . et suspiret in uulnere suo . et medicinam qua sanemur inpende munere tuo . Humilitatem nostram ne spernas in nobis . sed per ineffabilem potentiam tue trinita(s)†[2] uisitet nos spiritus sanctus . renobet spiritus rectus consoleat spiritus paraclitus . atque unito fidei misterio muniamur suffragio tue uirtutis . Vt radiati[3] in patre firmati in filio semper fructificemur in spiritu sancto . amen.

In secvndo dominico de xlme†[4] antiphona. *Secundum multitudinem miserationem tuarum deus laua me ab iniustitia mea /mala mea dimitte et omnes iniquitates meas [col. 2. dele.*

Oratio. Laba nos domine a facinoribus nostris . et emunda nos ab uniuersis peccatis . dele culparum nostrarum nequitias . et meritorum remobe sententias . ut tu qui solus hominum secreta cognoscis medellam uulneratis manifeste hostendas . qui peccatores ut ad te redeant clementer inuitas . amen.

De mediante die festo antiphona. *Libera me de uiri†[5] sanguinum domine deus meus laudabit lingua mea iustitias tuas labia mea aperies et os meum annuntiabit laudem tuam.*

Oratio. Christe domine nostre salutis qui passionibus tuis nostrorum criminum passiones extinguis . libera nos de sanguinum uiris . et ab omnibus corruptionibus nostris . Vt facta carnis et sanguinis declinantes non uirorum sanguinum [f. 15. precipitio interiri†[6] . sed placentium tibi mereamur numero adgregari.

In dominico post vicesima antiphona. *Libera me de uiri†[5] sanguinum deus deus meus laudabit lingua mea iustitias tuas.*

Oratio. Domine libera nos de sanguinibus secundum magnam misericordiam tuam . et errorum nostrorum rescipiscentes[7] clementie tue aperi ianuam . Tuarum itaque misericordiarum reminiscimus[7] . et iustitias tuas laudamus . quesumus malorum nostrorum nulla obrui disperatione fallamur . sed tu domine unde nos erubescimus indulge . et que mala nos conspicis egisse dimitte clementer . amen.

Item de adventv domini. antiphona. *Edificentur muri Iherusalem . tunc acceptabis sacrificium iustitie.*

[1] ut quia—erigant] either something is omitted or the words are intruded from the prayer for the Tuesday preceding.
[2] trinitas] *s* on erasure ; read *trinitatis.*
[3] perh. *radicati.*
[4] read QVADRAGESIMA.
[5] read *uiris.*
[6] read *interire.*
[7]—[7] I hesitate to emend.

ORATIO. Edifica domine muros Iherusalem non structura lapidum /sed ornamento uirtutum. Neque ut auro uel gemmis [col. 2. compta resplendeat . sed sanctitate prefulgeat . ut qui aulam tuam pro confitendis delictis sacrificio laudis iustitieque deferendo ingredimur . ab omni uitiorum[1] contagio purgati . te annuente consortes effici mereamur omnium beatorum.

DE SANCTIS. ANTIPHONA. *Da nobis letitiam salutaris tui spiritu principali confirma nos domine.*

[ORATIO]. Redde nobis ( )[2] letitiam salutaris tui (domine)[3] quam amisimus inique gerendo . et pretermisimus neclegendo . tu nos ad eam reuoca . et eam nobis restaura. Vt peccato expulso succedat iustitia . et mestitia repulsa ęterna adsit letitia . Da ( )[4] quesumus hanc iucunditatem . ut peruenire mereamur ad ęternam salutem.

DE VNIVS IVSTI /DE VNIVS IVSTI ANTIPHONA. [f. 15.*b*.[5] *Libera me de uiri† sanguinum deus salutis me.†*

ORATIO. Libera nos domine de uiri† sanguinum et a telis hostibus†[6] defende clippeo tuo . ut ad tuum uenientes altare . uenie percipiamus remedium . mitte nobis de celo magnum auxilium et eripe nos a conculcatione inimicorum . ut amotum[7] a nobis turpissimum[7] somnum[7] labia nostra tibi castissime persolbantur in iubilo . amen.

DE VNO CONFESSORE ANTIPHONA. *Laudabit lingua mea iustitias tuas deus meus.*

ORATIO. Laudat et annuntiat lingua nostra iustitias tuas omnipotens deus . qui te suum non ignorat esse factorem ac redemtorem . da ergo quesumus in corde nostro ueram compunctionem in ore iugem confessionem . in lingua hic et in ęternum perhennem laudationem . amen.

[1] uitiorum contagio] marked for inversion of order.
[2] after *nobis*] erasure of three or four letters (*domine ?*)
[3] domine] inserted.
[4] erasure of three or four letters.
[5] in the left hand margin of f. 15.*b*. (the top corner is torn) a somewhat later hand has inserted the following additional antiphons and prayers :
[Leten]tur domine et exultent [os]sa humiliata.
[ORATIO E]xultent domine omnium fidelium defunctorum ossa humiliata . qui tuę sanctę fidei notitię† dum ad uiberent perceperunt. Vt et nunc anime eorum a Tartareis penis liberentur et post iudicii tui tempore ab auditu malo liberati . classibus sanctorum tuorum adunati [*consortium* interlined] sine fine letentur in exultatione omnium beatorum . amen.
Ne proicias me domine a facie tua.
ORATIO Ne proicias nos domine a facie tua neque auferas misericordiam tuam a nobis. Vt quos reatus facinorum tenet obnoxios . miserationis tue clementia faciat absolutos. amen.
[6] read *hostilibus*.
[7] amotum *etc.*] so Bianchini, who emends *amoto* etc.

LI [PSALMVS].

VICTORIA AB ERVDITO DAVID /QVVM VENISSET [col. 2. DOHEC YDVMEVS ET ANNVNTIASSET SAVL DICENS VENIT DAVID IN DOMVM ABIMELEC.

ANTIPHONA. *Ego sicut oliba fructifera in domo domini sperabi in misericordia tua deus.*

Quid gloriaris in malitia . qui potens es in iniquitate.

Tota die iniustitia†[1] cogitabit lingua tua . sicut rasorium[2] acutum fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem . iniquitatem magis quam loqui ęquitatem.

Dilexisti omnia uerba precipitationis . in lingua dolosa.

Propterea dextruet te deus in finem et euellet te . et emigrabit te de tabernaculo tuo . et radicem tuam de terra uiuentium.

Tunc uidebunt iusti et timebunt . et super eum ridebunt et dicent.

Ecce homo qui non posuit deum adiutorium suum.set sperabit /in multitudine diuitiarum suarum et preualuit in uanitate [f. 16. sua.

REPETITIO. Ego autem sicut oliba fructifera in domo domini . sperabi in misericordia tua deus in eternum et in seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum quia fecisti . (et)[3] expectabo nomen tuum quoniam bonum est ante conspectu†[4] sanctorum tuorum.

ORATIO. Presta domine sicut olibe fructifere . nostras in domo tua confirmari radices . ut per bonorum operum fructos nos digneris habere acceptos . Et scientia†[4] tibi afferamus in frondibus . et pinguissima[5]† karitate† reddamus in fructibus . Vt nec doctrine sermo desit ad euacuandos errores . et adsit pietas operum . ad instituendos fideles . Sit quesumus sermo ueritatis in ore . et bone extimationis odor /ex nostra emanet [col. 2. actione.

LII [PSALMVS].

IN FINEM PRO AMALEC INTELLECTVS DAVID.

ANTIPHONA. *In auertendo dominus captiuitatem plebi† sue letetur Iacob et exultet Israhel.*

[1] read *iniustitiam.*
[2] rasorium] marg. gloss *nauacula*, so Vulg.
[3] *et* interlined.
[4] read *conspectum*, *scientiam.*
[5] read *pinguissiman caritatem.*

Dixit insipiens in corde suo . non est deus.

Corrupti sunt et abominabiles[1] facti sunt in uolu(m)[2]-tatibus suis . non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

Dominus de celo prospexit super filios hominum . ut uideat si est intellegens aut requirens deum.

Omnes declinaberunt . simul inutiles facti sunt in†[3] uoluptatibus suis†[3] . non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

Nonne cognoscent omnes . qui operantur iniquitatem.

Qui deuorant plebem meam sicut cibum panis . dominum non inuocaberunt . illic trepidaberunt timore ubi non erat timor.

Quoniam deus dissipabit ossa hominum sibi pla-/centium . confusi sunt quoniam deus sprebit eos. [f. 16.*b*.

Quis dabit ex Sion . salutare Israhel.

In auertendo dominus captiuitatem plebis sue . letetur Iacob . et exultet Israhel.

ORATIO. Auerte domine captiuitatem sortis tuę quam predo uorator decipulosis artibus a tuarum uiarum tramitem†[4] discedere fecit . prospiciant rogamus de cęlo oculi tui super filios hominum . ut intellegentes desiderent . teque inquirentes ad te protinus redire festinent . ut et mentibus corruptis incorruptio . et cordibus conuersis peccatorum donetur remissio. Vt a captiuitate miserię . reducatur ad libertatem letitie. Quique lamentant pro admissione facinorum consolentur (de so)[5]cietate sanctorum.

LIII [PSALMVS].

IN FINEM CARMINIBVS INTELLECTVS DAVID QVANDO VENERANT ZEFFEI ET DIXERANT SAVLI NONNE DAVID ABSCONDITVS EST APVD NOS.

ANTIPHONA. *Deus in nomine tuo salbum me fac et in uirtute tua libera me deus audi orationem meam.*

Deus in nomine tuo salbum /me fac . et in uirtute tua [col. 2. libera me.

Deus exaudi orationem meam . auribus percipe uerba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me . et fortes quesierunt animam meam . et non preposuerunt deum ante conspectum suum.

[1] abominabiles] gloss *odibiles*.
[2] uolumtatibus] the *m* has been altered to *p*.
[3] in uolupt. suis] intrusive from the last verse but one.
[4] read *tramite*.
[5] de so] on erasure.

Ecce enim deus adiubat me . et dominus susceptor est anime mee.

Conuerte mala inimicis meis . et in ueritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi . et confitebor nomini tuo domine quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me . et super inimicos meos respexit oculus tuus.

ORATIO. Deus exaudi orationem nostram ut in nomine tuo salbemur . et qui censemur uocabulo Christi mereamur eius participio perfrui. Sicque ęterna consequamur gaudia . et pres(c)entia[1] superemus aduersa . ut per omnia te lau-/demus . et te in nobis esse gaudeamus . amen. [f. 17.

LIIII [PSALMVS].

IN FINEM CARMINIBVS INTELLECTVS DAVID.

ANTIPHONA. *Ne dispexeris deprecationem meam intende in me et exaudi me domine.*

Exaudi deus orationem meam et ne dispexeris deprecationem meam . intende in me et exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea . et conturbatus sum a uoce inimici et a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaberunt in me iniquitates . et in ira molesti erant mici.

Cor meum conturbatum est in me . et formido mortis cecidit super me.

Timor et tremor uenerunt super me . et contexerunt me tenebre et dixi.

Quis dabit mici pinnas sicut columbe . et uolabo ut [col. 2. requiescam.

Ecce elongabi fugiens . et mansi in solitudinem.†[2]

Expectabam dominum qui me salbum faceret . a pusillo animo et tempestate.

Precipita domine et diuide linguas eorum . quoniam uidi iniquitatem et contradictionem in ciuitatem.†[3]

Die ac nocte circumdabit ea(m)[4] super muros eius iniquitas . et labor in medio eius et iniustitia . et non defecit de plateis eius usura et dolus.

Quoniam si inimicus meus male dixisset mici . supportassem utique . et si his qui hodera(n)t†[5] me aduersum me magna loquutus fuisset absconderem me utique ab eo.

[1] read *praesentia:* the *c* is interlined.
[2] read *solitudine.* [3] read *ciuitate.*
[4] eam] the *m* mark and about two letters following erased.
[5] oderat] the *n* mark is erased.

Tu uero homo unanimes†[1] dux meus et notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos . in domo domini ambulabimus cum consensu.

/Veniat mors super illos . et descendant in infernum [f. 17.*b.* uiuentes.

Quoniam nequitia in ospitiis eorum . in medio ipsorum.

Ego ad deum clamabi et dominus exaudibit me . uespere mane et meridie.

(Repetitio).[2] Narrabo et renuntiabo et exaudiet uocem meam . liuerabit in pace animam meam ab his qui adpropinquant mici . quoniam inter multos erant mecum.

Et exaudiet deus et humiliabit eos . qui est ante secula et manet in ęternum.

Non est enim illis comutatio . et non timuerunt deum.

Extendit manum suam in retribuendo illis . contaminaberunt testamentum eius . diuisi sunt ab ira uultus eius . et adpropriabit†[3] cor eius.

Mollierunt[4] sermones suos super oleum . et ipsi sunt iacula.

/Iacta in deum cogitatum tuum et ipse te enutriet . et [col. 2. non dabit in ęternum fluctuationem iusto.

Tu uero (deus)[5] deduces eos . in puteum interitus.

Viri sanguinum et dolosum†[6] non dimidiabunt dies suos . ego uero in te sperabi domine.

Oratio. Ne dispexeris precem nostram domine . intende iam et exaudi clementer . et quia in ex(er)citationibus[7] contristamur . tuis consolationibus iucundemur . ut qui a uoce inimici turbati deicimur . pinnigerantes fide ut columbe ad superna tendamus. Elonga nos itaque a seculo maligno et a laqueis diaboli custodi per Christum . expectantibus quippe aduentum eius a pusillo animo subleua et a tempestate periculorum conserua. Vt te plebs liberatorum uespere pro salute sollicitet . et meridie pro libertate con/laudet . et mane pro gloriam†[8] [f. 18. resurrectionis concelebret.

Antiphona. *Ego ad deum clamabi et dominus exaudibit me uespere mane et meridie.*

[Oratio]. Ad te deum dominum clamamus ut nos uespere mane et meridie propitiatus exaudias. Tibi nostrorum

[1] read *unanimis*.
[2] Repetitio] this, with enlarged capital N, is the arrangement of the orig. hand, but is erased.
[3] adpropriabit] read *adpropiauit*.
[4] mollierunt] gloss *idest molliti sunt*, so Vulg.
[5] *deus* interlined.
[6] read *dolosi*.
[7] exercitationibus] the *er* is interlined.
[8] read *gloria*.

temporum principia . tibi ętatum extrema deseruiat†. Et quicquid nostrum initium finemue discernitur . tuis cultibus deputetur . ut totum te inpendas in beneficiis qui fidelis es repromissor in premiis.

LV [PSALMVS].

In finem pro popvlo qvi se elongabervnt ipsi david in titvlis† scriptione qvvm tenvervnt evm allofili in geth.

Antiphona. *In me sunt deus uota que reddam laudationis tibi.*

Miserere mei domine quoniam conculcabit me homo . tota die bellans tribulabit me.

Conculcaberunt me inimici mei . tota die ab altitudine [col. 2. dierum.

Qvoniam multi qui debellant me timebunt . ego uero in te sperabi domine.

In deo laudabo uerbum[1] in domino laudabo sermonem .[1] in deo sperabo non timebo quid mici faciat homo.

Tota die uerba mea abominabantur[2] aduersum me . omnia consilia eorum in malum.

Inhauitabunt abscondite . ipsi calcaneum meum obseruabunt expectantes animam meam . pro nicilo saluabis eos in ira populos confringes.

Deus uitam meam annuntiabi tibi . posuisti lacrimas meas in conspectu tuo . sicut in repromissione tua.

Tunc conuertentur inimici mei retrorsum . in quacunque die inuocabero te . ecce agnobi quoniam deus meus es tu.

In deo laudabo uerbum in domino laudabo ser- [f. 18.*b*.
monem . in deo sperabo non timebo quid mici faciat homo.

In me sunt deus uota que reddam . laudationis tibi.

Quia eripuisti animam meam de morte . oculos meos a lacrimis pedes meos a lapsu.

(u)t[3] placeam coram domino . in lumine uiuentium.

Oratio. Deus uitam nostram annuntiabimus tibi . quam peccatis obnoxiam positis in conspectu tuo lacrimis confitemur. Concede igitur nobis ut relaxatis facinoribus inimici nostri retrorsum redeant . qui nos sibi consentientes ad flagitiam† precedebant . ut tibi que in nobis sunt gratiarum uota reddantur . qui nos a tenebris peccatorum exues . et coram te placituros in lucem uiuentium introducas.

[1]—[1] uerbum...sermonem] the text is corrupted by assimilation to v. 11.
[2] abominabantur] gloss *execrabantur*, so Vulg. [3] ut] *u* on erased capital.

LVI [PSALMVS].

PRO VICTORIA VT NON /DISPERDAS DAVID HVMILEM [col. 2. ET SIMPLICEM QVANDO FVGIT A FACIE SAVL IN SPELVNCA.

Miserere mei deus miserere mei quoniam in te confidit anima mea . et in umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas.

Clamabo ad deum altissimum . ad dominum qui benefecit mici.

Misit de celo et saluabit me . dedit in obprobrium conculcantes me.

Misit deus misericordiam suam et ueritatem suam . et animam meam eripuit de medio catulorum leonum dormibi conturbatus.

Filii hominum dentes eorum arma et sagitta . et lingua eorum macera[1] acuta.

Exaltare super celos deus . et super omnem terram gloriam†[2] tuam.†

/Laqueos paraberunt pedibus meis . et incuruaberunt [f. 19. animam meam.

Foderunt ante faciem meam fobeam . et ipsi inciderunt in eam.

Paratum cor meum deus paratum cor meum . cantabo et psalmum dicam.

Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara . exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domine . psalmum dicam tibi inter gentes.

Quoniam magnificata est usque ad celos misericordia tua . et ueritas tua usque ad nubes.

Exaltare super celos deus . et super omnem terram gloriam†[3] tuam.†[3]

ORATIO. Clamamus ad te deum altissimum et corde tacito et uocis sono . et in occulto ubi tu solus inspicis . et in manifesto ubi magis tu cognoscis. Sicque et conscientia et lingua te rogamus te obsecramus ut adsis nobis et in hac peregri-/natione mortali ne in facinore corruamus . et in futura [col. 2. patria ne ullatenus a te recedamus.

[1] macera] gloss *gladius acutus*, so Vulg.
[2] read *gloria tua.*
[3] read *gloria tua.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S COLLEGE

LVII [PSALMVS].

VICTORIA VT NON DISPERDAS DAVID HVMILEM ET SIMPLICEM.

[1]*Si uere utique iustitiam loquimini . recta iudicate filii hominum.*[1]

Etenim in corde iniquitatis operamini . in terra iniquitates manus uestre concinnant.

Alienati sunt peccatores ab utero[2] erraberunt . a uentre loquuti sunt falsa.

Ira[3] illis secundum similitudinem serpentis sicut aspide surde . et obturantes aures suas que non exaudiunt uoces incantantium[4] . et benefici que incantantur a sapiente.

Deus conteruit dentes eorum in ora ipsorum . molas leonum confregit dominus ut ad nicilum deueni(e)nt[5] uelut aqua [f. 19.*b*. decurrens.

Extendit arcum suum donec infirmentur . sicut cera liquefacta[6] auferentur.

Supercecidit ignis super eos et non uiderunt solem . priusquam producant spinas uestras ramnus.[7]

Sicut uiuentes . sic in ira obsorbet eos.

Letabitur iustus cum uideret uindictam impiorum . manus suas lauabit in sanguine peccatorum.

Et dicet homo utique est fructus iusto . et utique est deus iudicans eos super terram.

ORATIO. Deus qui iustitiam loqui et que recta sunt precipis iudicare . tribue nobis ut nec iniquitas in ore . nec prauitas relinquatur in mente . ut a puro corde . puriorque et sermo consentiat . sicque pro/cedat in operibus iustitia . ut non [col. 2. inueniatur dolus in lingua. amen.

LVIII [PSALMVS].

IN FINEM NE DISPERDAS DAVID IN TITVLIS† INSCRIPTIONE QVANDO MISIT SAVL ET CVSTODIBIT DOMVM EIVS VT OCCIDERET EVM.

ANTIPHONA. *Adiutor meus tibi psallam deus meus misericordia mea.*

[1]—[1] Si uere...hominum] Here and in other cases where the antiphon coincides with the first verse of the psalm it is not separately written but the neums added to the text.

[2] utero] gloss *utlua*, so Vulg.

[3] ira] gloss *furor*, so Vulg.

[4] incantantium] gloss *inarsus ?*

[5] deuenient] *e* altered to *a*.

[6] liquefacta] gloss *que fluit*.

[7] rhamnus] gloss *genus rubi quod primum est molle et quando maturescit habet accutissimos acculeos*.

Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me liuera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem . et a uiri†[1] sanguinum liuera me.

Quia ecce occupaberunt[2] animam meam . inruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine . sine iniquitatem†[3] cucurri et dirigebar.

Exurge in occursum mici et uide . et tu domine deus uirtutum deus Israhel . intende ad uisitandas /omnes [f. 20. gentes.

[N]on[4] miserearis . omnibus qui operantur iniquitate.†[5]

Conuertantur ad uesperum et fame pati(e)ntur[6] . ut canes circuibunt ciuitatem.

Ecce ipsi loquentur in ore suo . et gladius in labiis eorum quoniam quis audibit.

Et tu domine deridebis eos . pro nicilo habebis omnes gentes.

Fortitudo mea a te custodiar . quia deus susceptor meus es deus meus misericordia eius preueniet me.

Deus meus hostende mici inter inimicos meos ne occidas eos . nequando oblibiscantur legis tuę.

Disparge illos in uirtute tua . et dextrue eos protector meus domine.

Delicta oris eorum sermones labiorum ipsorum . et conprehendantur in superuia sua . et de execratione et mendacio conuellantur.

/Consumme eos in ira consummationis (et)[7] non erunt . [col. 2. et scient quia deus dominabitur Iacob et finium terre.

Conuertantur ad uesperum et fame patiuntur† ut canes . et circuibunt ciuitatem.

Ecce ipsi dispargentur ad manducandum . si autem non saturabuntur et murmurabunt.

Ego autem cantabo potentiam tuam et ex(u)ltabo[8] mane misericordiam tuam . quia factus es susceptor meus . et refugium[9] in die tribulationis mee.

Adiutor meus tibi psallam . quia deus susceptor meus es . deus meus misericordia mea.

ORATIO. Esto susceptor noster[10] domine et refugium nostrum[10] in die tribulationis nostre[10] . misericordia tua nos[10] pia

[1] read *uiris*.
[2] occupauerunt] gloss *ceperunt uel capierunt*.
[3] read *iniquitate*.
[4] Non] the absence of a capital letter is due to a hole in the vellum.
[5] read *iniquitatem*.
[6] patientur] *e* altered to *a*.
[7] *et* on erasure.
[8] exultabo] *u* altered to *a*.
[9] refugium] *meum* interlined later.
[10] noster, nostrum, nostre] *meus*, etc., interlined in a small hand.

dignatione preueniat . et ad officium laudis confidentia propitiationis adducat. /Vt dum tibi adiutori nostro[1] psallimus . [f. 20.*b*. ipsum adiutorium confessionis meritis inpetremus . amen.

[AD] MATVTIN[VM] ANTIPHONA. *Exaltabo mane misericordiam tuam quoniam factus es adiutor[2] meus et refugium meum in die pressure mee.*

[ORATIO]. Fortitudo nostra domine tua nos potenter circumda custodia . ut nec cum operantibus iniquitatem simili ymitatione iungamur . nec uiri†[3] sanguinum cruento consilio copulemur. In occursum domine placatus exurge . et rugientis inimici seuitiam conprime . qui sue famis inediam uoracitate scelerum non desunt†[4] saturare. Nos itaque ut quadamus ad te confugimus qui ut sis in nostris custodiam† iugiter postulamus . Vt nos et a maligno seculo eruas . et ad beatitudinis regna perducas . pater.

BENEDICTIO. Repleat uos dominus deuotione /religi- [col. 2. onis . et exaltet propitius in remuneratione uirtutis. Id in oratione uestra dominus probet . quod in exoratione non reprobet. Atque earum rerum uobis dominus tribuat desiderium . quarum propitius prestet effectum.

LVIIII [PSALMVS].

VICTORIA PRO LIBRI TESTIMONIVM HVMILIS ET PER(FEC)TI[5] DAVID AD DOCENDVM QVANDO PUGNABIT ADVERSVS SIRIE MESOPOTAMIAM ET ADVERSVS SIRIAM SOBA . ET REVERSVS EST IOAB ET PERCVSSIT EDOM IN VALLE SALINARVM XIIM MILIA.

Deus reppulisti nos et dextruxisti nos iratus fuisti et misertus es nobis.

Commobisti terram et conturbasti eam . sana contritiones quoniam mota est.[6]

/Ostendisti populo tuo dura . potasti uino con- [f. 21. punctionis.[7]

Dedisti metuentibus te significationem . ut fugiant a facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui . salbum me faciet[8] dextera tua et exaudi me.

[1] nostro] interlined in a small hand.
[2] adiutor] marg. *susceptor*.
[3] read *uiris*.
[4] read *desinit*.
[5] PERFECTI] FEC interlined.
[6] two lines, the last of f. 20.*b*. and first of f. 21, are here erased.
[7] uino conpunctionis] gloss *idest ira conpun*[*ctionis*].
[8] faciet] altered in marg. to *faciat*.

Deus loquutus est in sancto suo . letabor et diuidam[1] Siccimam[2] . et conuallem tabernaculorum dimetiar.[3]

Meus est Galaat[4] et meus est Manasses[5] . et Efrem[6] fortitudo capitis mei.

Iuda rex meus . Moab[7] olla spei mee.

In Idumea extendam calciamentum meum . mici allofili[8] subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitatem circumstantię . aut quis duducet me usque in Ydumea.[9]

Nonne tu deus qui reppulisti nos . et non egredieris deus ę uirtutibus nostris.

/Da nobis auxilium in tribulatione . et uana salus [col. 2. hominis.

In deo faciemus uirtutem . et ipse ad nicilum deducet tribulantes nos.

ORATIO. Deus qui das timentibus te significationem ut a facie arcus fugiant . da defensionem ut a manu gladii cedentis euadere possimus. Atque nos pota uino conpunctionis . ut bono conuersationis instituas . sicque hostende populo tuo dura . ut repares meliora. Et in ciuitate circumstantię qui nos repuleras ipse restituas . ac sicut te iratum sentit tuorum dispersa congregatio . ita misertum probet congregata dispersio. amen.

ALIA ANTIPHONA. *Salbum me faciat dextera tua et exaudi me deus loquutus est in sancto suo.*

ORATIO. Salbum fac populum tuum domine /dex- [f. 21.*b*. tera tua . et qui dedisti timentibus te significationem da plenissimam fidei dignitatem . ut quos peccantes reppuleras . conuertentes suscipias. Et tu da in tribulatione auxilium necessarium qui pro peccatoribus factus es pretium . et ipse tribulantem ad nicilum redigas . ipse redemtos in ciuitatem circumstantię introducas.

[1] diuidam] gloss *partibor* so Vulg.
[2] Siccimam] gloss *gentilem . locus est quo Iacob ueniens de Mesopotamia fecit tabernaculum.*
[3] dimetiar] gloss *metibor*, so Vulg.
[4] Galaat] gloss *locus qui interpretatur aceruus.*
[5] Manasses] gloss *filius Ioseph qui dicitur obliuio.*
[6] Efrem] glosses *fructificans* and *alius filius Ioseph qui dicitur fructificatio.*
[7] Moab] gloss *filius Loth.*
[8] allofili] gloss *aliegene, alienigene* Vulg.
[9] Idumeam] gloss *idest in gentilitatem.*

LX [PSALMVS].

VICTORI IN PSALMVM DAVID.

ANTIPHONA. *A finibus terre . ad te clamabi domine.*

Exaudi deus deprecationem meam . intende uoci orationis mee.

A finibus terre ad te clamabi . dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me.

/Deduxisti me quia factus es spes mea . turris [col. 2. fortitudinis a facie inimici.

Inhauitabo in tabernaculo tuo in secula . protegar in uelamento alarum tuarum.

Quoniam tu deus exaudisti orationem meam . dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adicies . annos eius usque in diem generationis ( )[1] et generationum permanebit in eternum in conspectu dei.

Misericordiam et ueritatem . quis requiret eorum.

Sic psallam nomini tuo deus in secula . ut reddam uota mea de die in diem.

ORATIO. A finibus terre ad te clamamus domine . quia tedium patitur cor nostrum dum et uitiis inquietuntur†[2] et curis corporis sollicitatur . expelle igitur illa que nocent . et que neces/saria sunt . uisui sufficienter tribue . ut dum hec [f. 22. disponis conpetenter . nos tibi facias deseruire prudenter.

LXI [PSALMVS].

VICTORI IDITVN CANTICVM DAVID.

ANTIPHONA. *Soli deo subiecta erit anima mea quoniam ab ipso est patientia mea.*

Nonne deo subdita est anima mea . quoniam ab ipso est patientia mea.

Etenim ipse est deus meus et salutaris meus . adiutor meus non mobebor amplius.

Quousque inruetis in homines interficientes uniuersos . tamquam parieti inclinato[3] et macerie[4] inpulse,

[1] *after* generationis] one letter erased. [2] read *inquietatur.*

[3] inclinato] gloss *idest infirmum.*

[4] maceriæ] gloss *longe parietes quibus uinee uel aliud clau*[*antur*] *et sunt sine cimento.*

Verumtamen honorem meum cogitaberunt repellere . cucurrerunt in sitim.

Ore suo benedicebant . et corde suo maledicebant.

Verumtamen deo subdita est anima mea . quoniam ab ipso est /sufferentia[1] mea. [col. 2.

Etenim ipse est deus meus et salutaris meus . adiutor meus non emigrabor.

In deo salutari meo et gloria mea . deus auxilii mei spes mea in deo est.

Sperate in eum omnis conuentus plebis mee . et effundite coram illo corda uestra . quoniam deus adiutor noster est.

Verumtamen uane† filii hominum . mendaces filii hominum in stateris[2] ut decipiant ipsi de uanitate sua in id ipsum.

Nolite sperare in iniquitatibus . et in rapinis nolite concupiscere. (D)iuitie[3] si fluant . nolite cor apponere.

Semel loquutus est deus . duo hec audibi . quia potestas dei est.

Et tibi domine misericordia . quia tu reddes singulis . secundum opera eorum.

ORATIO. Tibi soli subdita est anime†[4] nostre†[4] domine ut nullum preualentis /peccati sentiat dominatum. Tibi enim [f. 22.*b*. subdi summa est exultatio†[5] . et a te recedere perniciosa deiectio. Nulla concupiscentia in rapinis . nulla in diuitiis obponitur conuenientia cordis. Sed tua semper inploretur misericordia . qui reddes singulis secundum opera sua.

LXII [PSALMVS].

CANTICVM DAVID QVVM ESSET IN DESERTVM IDVMEE.

[AD] MATVTI[INVM] ANTIPHONA. *In deserto et in inuio et inaquoso deus deus meus . ad te de luce uigilo.*

Deus deus meus . ad te de luce uigilo.

Sitibit in te anima mea quam multipliciter et caro mea . in deserto et in inuio et inaquoso.[6]

Sic in sancto apparui tibi . ut uiderem uirtutem tuam et gloriam tuam . quia melior est misericordia tua super uita.

Labia mea laudabunt te /sic benedicam te in uita [col. 2. mea . et in nomine tuo lauabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine replcatur anima mea . et labia exultationis laudabunt nomen tuum.

[1] sufferentia] gloss *pacieciecia* (sic) : *patientia* Vulg.
[2] stateris] gloss *est pondus habens iiiior dragmas.*
[3] Diuitie] *D* rubricated on erased, not rubricated, letter.
[4] read *anima nostra.*
[5] read *exaltatio.*
[6] inaquoso] gloss *sine humore.*

Sic memor fui t(ui)[1] super stratum meum . in matutinis meditabor in te quia factus es adiutor meus . et in uelamento alarum tuarum sperabo.

Adesit anima mea post te . me suscipi(a)t[2] dextera tua.

Ipsi uero in uano quesierunt animam meam introibunt in inferiora terre . tradentur in manus gladii pars uulpium erunt.

Rex uero letabitur in domino . et laudabitur omnis qui iurat in eo . quoniam obstructum est os loquentium iniqua.

ORATIO. /Sitientes in te domine anima et caro [f. 23. multiplicetur nostra atque ad uidendam uirtutem tuam et gloriam tuam . illa dirigatur uoto hec comitetur obsequio . tu igitur domine cuius misericordia melior est super uita . da profectum fidei et gaudium spei . ut qui ad te diluculo consurgimus . lucis tuę gratia fulgeamus . pater.

BENEDICTIO. Benedictio uos domini largissimam† subsequatur . et tribuat uobis omnibus ueniam delictorum . custodiat uos dominus ab omni malo propitius . et conserbet ac protegat clementer in bono. Quique uos condidit et redemit . inmaculatos sibimet sine fine conserbet.

LXIII [PSALMVS].

VICTORIA CANTICVM DAVID.

ANTIPHONA. *Exaudi deus orationem meam quum tribulor.*

Exaudi deus orationem meam /quum tribulor . a [col. 2. timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conuentu malignantium . et a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas . intenderunt arcum rem amaram[3] ut sagittent in occultis inmaculatum.

Subito sagittabunt eum et non timebunt . firmaberunt sibi uerbum malum . disputaberunt ut absconderent laqueos . dixerunt quis uidebit eos.

Prescrutati sunt iniquitatem . defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedit homo ad cor altum . et exaltabitur dominus.

Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum . et pro nicilo habuerunt eos . et infirmate sunt super eos lingue eorum.

Conturbati sunt omnes qui uidebant eos . et timuit omnis homo.

/Et annuntiaberunt opera dei . et facta eius intel- [f. 23.*b*. lexerunt.

[1] tui] on erasure.
[2] suscipiat] *a* on erased *e* ?
[3] *amaram*] an illegible gloss.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo . et laudabuntur omnes recti corde.

ORATIO. Exaudi deus orationem nostram[1] quam tribulato ad te corde proferimus[1] . a timore inimici nos[1] liuera et a conuentu malignantium tuta . Vt a nobis[1] laude magnificeris accepta . quos[1] custodia gubernas indulta.

LXIIII [PSALMVS].

VICTORIA CARMEN DAVID CANTICVM.

Te decet domine ymnum deus in Syon et tibi reddetur uotum in Iherusalem.

Exaudi orationem meam . ad te omnis caro ueniet.

Verba iniquorum preualue(r)unt[2] super nos . et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti et a(d)sum/sisti[3] . inhauitabit in [col. 2. tabernaculis tuis.

Replebimur bonis domus tuę . sanctum est templum tuum (tuum)[4] mirabile in equitate.

Exaudi nos deus salutaris noster . spes omnium finium terre et in mari longe.

Preparan(s)[5] montes i(n)[5] uirtute tua . accinctus potentia.

Qui conturbas fundum maris . sonum autem fluctuum eius qui sufferet.

Turbabuntur gentes . et timebunt omnes qui inhauitant fines terre a signis[6] tuis.

Exitus matutini et uesperi . delectaberis deus.

Visitasti terram et inebriasti eam . multiplicasti locupletare eam.

Flumen dei repletum est aqua . parasti cibum illorum quia ita est preparatio tua.

Riuos eius inebria multiplica generationes eius in stillicidiis /suis . letabitur quum exorietur. [f. 24.

Benedicens coronam anni benignitatis tue . et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent fines deserti . et exultatione colles accingentur.

Inducti sunt arietes ouium . et colles habundabunt frumento . etenim clamabunt et ymnum dicent.

[1] nostram, proferimus, nos, nobis, quos] the singular *meam*, *profero* etc. is written over in a minute hand.
[2] preualuerunt] *r* on erasure.
[3] adsumsisti] *d* written above.
[4] the repeated *tuum* has a stroke through it.
[5] *s* and *n* on erasures.
[6] signis] gloss *miraculis*.

ORATIO. Reple nos domine bonis domus tuę . et templum credentium populorum in ęquitate a sanctitate tua mirabiliter effice sanctum . Vt ymnum quam† decet tibi in Syon modulatis uocibus psallant . et uota sua in Iherusalem fidei administratione persolbant . quosque nunc fidei ornamentis decoras . horum capitibus regnum futuri eui perpetuitatis coronam inponendus aduenias . amen.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Exitus matutini et uesperi delectaberis deus.*

[AD] COMPLETORIA. /Exaudi nos domine spes [col. 2. omnium finium terre tuaque precepta nos†[1] in hoc mundo degentibus concede seruare . tuarumque iustificationum tribue nobis normam tenere . ut[2] quum turbata†[3] fuerint gentes a signis tuis . tunc tuorum et matutinos exitus placatus recole . et uespertinum sacrificium delectabitur†[4] accipe . ut benedices†[5] coronam anni benignitatis tuę . et camporum latitudo tuo†[6] se ubertate repleant† . et fines deserti spiritus tui copiositati†[7] pinguescant . et colles ymnum quem te decet sacra tibi psollemnitate persolbant . pater.

BENEDICTIO. Benedicat uobis dominus benedictione perpetua . et omnibus uobis peccata dimittat . Offensionibus uestris clementer ignoscat . et preces uestras /libenter exaudiat . A [f. 24.*b.* malis omnibus uos dominus dignanter eripiat . et in bonis semper proficere faciat.

LXV [PSALMVS].

IN FINEM PSALMVS CANTICI DAVID.

ANTIPHONA. *Psalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius dicite deo quam metuenda sunt opera eius.*

Jubilate deo omnis terra . psalmum dicito nomini eius . date gloriam laudi eius.

Dicite deo quam terribilia sunt opera tua in multitudine uirtutis tuę . mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te et psallat tibi . psalmum dicat nomini tuo altissime.

Venite et uidete opera domini . terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui conuertit mare in arida et flumen pertransibunt pede . ibi letabimur in id ipsum.

[1] read *nobis*?
[2] perhaps *et*.
[3] read *turbatae*.
[4] read *delectabiliter*.
[5] read *benedicas*.
[6] read *tua*?
[7] read *copiositate*.

/Qui domina( )tur[1] in uirtute sua in ęternum . oculi [col. 2. eius super gentes respiciunt.

Qui in ira prouocant . non exaltentur in semedipsis.

Benedicite gentes deo nostro . et obaudite uocem laudi eius.

Qui posuit animam meam ad uitam . et non dedit commoberi pedes meos.

Quoniam probasti nos deus igne nos examinasti . sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum posuisti tribulationes super dorsum[2] nostrum . inposuisti homines super capita nostra.

Transibimus per ignem et aquam . et induxisti nos in refrigerio.

Introibo in domum tuam cum olocaustis . reddam tibi uota mea que distinxerunt labia mea . et loquutum est os meum in tribulatione mea.

/Olocausta medullata offeram tibi cum incenso et [f. 25. arietibus . offeram tibi bobes cum yrcis

Venite et audite et narrabo uobis omnes qui timetis dominum . quanta fecit anime mee.

Ad ipsum ori†[3] meo clamabi . et exultabi sub lingua mea.

Iniquitatem si conspexi in corde meo . non exaudiet deus.

Propterea exaudibit me deus . et intendit uoci deprecationis mee.

Benedictus dominus qui non amobit deprecationem meam . et misericordiam suam a me.

ORATIO. Deus cui omnis terra preconans iubilat laudem . cuius gloriam canora psalmi conclamant[4] uoce . cuiusque terribilem in tuis operibus fatetur uirtutem . da nostris uocibus placitum iubilum . et orationibus perfectum dicere psalmum . atque con/ditorem omnium . predicare uirtutum . ut†[5] quia super [col. 2. gentes oculi tui aspiciunt . et cunctorum intima insensibiliter scrutantur . quesumus sic nos clementer tuis uisibus prospice . Sicque misericorditer corrige . ut in nobis nec facinoribus prouocatus iram effundas . nec cum rogaris misericordiam tuam contineas . et presta ut ipsa in nobis sit disciplina quod te pro admissis metuimus . ipsudque uenie premium quod deitatem tuam credimus et fatemur . Tu itaque domine pone animas nostras ad uitam . ut hic defleamus que gessimus . et[6] quam peccando amisimus per gratiam adquiramus.

ALIA ANTIPHONA. *Benedicite gentes deo nostro et obaudite uocem laudi eius.*

[1] dominatur] erasure of about two letters.
[2] dorsum] gloss *capud*.
[3] read *ore*.
[4] read *conclamat*.
[5] read *et*.
[6] a word lost?

ORATIO. Dona nobis domine ut qui nos in te credendo domum tuam /in olocaustis ingredimur dicatis tibi operibus ac [f. 25.*b.* mortificato corpore seruiamus. Sicque non amobeas orationem nostram et misericordiam tuam a nobis. dum ea inspiras petere. que nobis prospicis conuenire. amen.

LXVI [PSALMVS].

VICTORI IN PSALMIS CANTICUM CARMINIS.

ANTIPHONA. *Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terre.*

Deus misereatur nobis. et benedicat nos.

Inluminet dominus uultum suum super nos. et misereatur nobis.

Vt cognoscamus in terra uiam tuam. et in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus. confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes. quoniam iudicas populos in ęquitatem†[1]. et gentes in terra dirigis.

/Confiteantur tibi populi deus. confiteantur tibi populi [col. 2. omnes.

Terra dedit fructum suum. benedicat nos deus deus noster.

Benedicat nos deus. et metuant eum omnes fines terre.

ORATIO. Inlumina super nos uultum tuum domine. et miserere nostri. et dum in terra uiam tuam agnoscimus. ipsi tibi uiam nostrorum cordium preparemus. Quam placido dignatus ingressus†[2] sanctifices. ipse dum gradieris. fac notum in gentibus salutare tuum. ut dum omnia ad te adtraes. cunctis terre finibus domum†[3] tui timoris insinues.

ALIA [AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Inlumina domine uultum tu(u)m[4] super nos.*

[ORATIO]. Inlumina domine uultum tuum super nos et miserere nostri. Vt tuo lumine nostro sensui radiante uiam tuam cognoscere. et in gentibus salutaris tui. magnitu/dinem [f. 26. ęnarrare[5]. sicque tibi sit placita populorum confessio. ut gradientes in uiis tuis ad letitiam pertraantur et gaudium. ac sic infidelitatis caliginem fidei splendor perlustret ut benedictio oris tui intima nostra multiplici gratiarum suabitate fecundet. Vt semper in tue lucis lumine maneamus. et in tue benedictionis suabitate crescamus. pater.

[1] equitate] gloss *iusticiam.* [2] read *ingressu.*
[3] read *donum.* [4] tuum] *u* above the line. [5] a word lost?

BENEDICTIO. Benedicat uobis omnipotens dominus . qui salus est omnium et plenitudo uirtutum . Det uobis dominus aduersa tolerandi uirtutem . et clementer omnibus consulet†[1] ad salutem . Atque ipse uos a temtationibus mundi dignanter eripiat . qui aduersantis inimici dextruxit audaciam.

LXVII [PSALMVS].

(IN FINEM PSALMVS.)[2]

Exurgat deus et dissipentur inimici eius . et fugiant qui hoderut†[3] eum a facie eius.

Sicut defecit fumus deficiant . sicut fluit cera a facie ignis . sic pereant peccatores a facie dei et iusti epulentur.

Exultent in conspectu dei . et delectentur in letitia.

Cantate deo psalmum dicite nomini eius . iter facite ei qui ascendit ab occasu dominus nomen est ei.

Gaudete[4] in conspectu eius turbabuntur a facie eius . patres orfanorum et iudices uiduarum.

Deus in loco sancto suo . deus qui hauitare facit unanimes in domo.

Qui ęducit uinctos in fortitudine . similiter et eos qui in ira prouocant . qui hauitant in sepulcris.

Deus quum egredieris coram populo tuo . /dum [f. 26.*b*. transgredieris per desert(o).†[5]

Terra mota est etenim celi distillaberunt . a facie dei mons Sina a facie dei Israhel.

Plubiam uoluntariam segrega deus hereditati tuę . etenim infirmata est.

Tu uero perfecisti eam animalia tua . inhauitabunt in ea.

Parasti in dulcedine tua pauperi deus . dominus dabit uerbum euangelizantibus[6] in uirtutibus multis.

Reges uirtutum dilecti . et species domus diuidere spolia.

Si dormiatis[7] inter medios cleros p(i)nne[8] columbe deargentate . et posteriora dorsi[9] eius in specie auri.

Dum discernit cęlestis regis super terram . nibem†[10] dealbabuntur in Selmon.[11]

[1] read *consulat*.
[2] the rubric is smudged and imperfect.
[3] read *oderunt*.
[4] gaudete] gloss *exultate*.
[5] deserto] *o* on erasure.
[6] euangelizantibus] gloss *predicantibus*.
[7] Si dormiatis] On this verse a long marginal note, *Dormire in hoc loco non stuperem somnii aut obliuionem rerum quam* [*pati*] *consueuimus dormientes* etc. chiefly taken from Cassiodorus, Migne lxx, col. 466.
[8] pinne] *i* altered to *e*.
[9] dorso] gloss *capiti*.
[10] read *niue*.
[11] Selmon] gloss *interpretatur umbra*.

Montem dei montem uberem[1]. mons quoagulatus mons uber.

Vt quid suspicamini montem uberem. mons in quo bene-/placitum est deo hauitare in eo. etenim dominus hauitabit [col. 2. usque in finem.

REPETITIO. Currus dei decem milium multiplex milia. letantium dominus in illis in Sina in sancto.

Ascendit in altum cepit captiuitatem. dedit dona hominibus. etenim qui non credunt inhauitare dominum deum.

Benedictus deus benedictus dominus. de die in diem.

Prosperum iter faciet nobis deus salutaris noster. deus noster deus saluificans. et domini mors et domini exitus.

Verumtamen deus conquassabit capita inimicorum suorum. uerticem[2] capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit dominus ex Basan conuertar conuertar in profundum maris. ut tinguatur pes tuus in sanguine lingua canum tuarum ex inimicis ab ipso.

/Visi sunt gressus tui deus ingressus dei mei. regis qui [f. 27. est a sancto ipsius.

Preuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iubencularum[3]. timphanistriarum.[4]

In eclesiis benedicite dominum deum. de fontibus Israhel.

Ybi Beniamin adulescentior in pabore. principes Iuda duces eorum. principes Zabulon et principes Neptalim.

Manda deus uirtuti tuę confirma hoc deus. quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Iherusalem. tibi offerunt reges munera.

Increpa fera silbe concilia taurorum inter baccas populorum. ut non excludantur hii qui probati sunt argento.

Dissipa gentes que bella uolunt. uenient legati ex Egypto[5] Eziopie[6] preueniet dare manus deo.

/Regna terre cantate deo psallite domino psallite [col 2. deo. qui ascendit super celos celorum ad orientem.

Ecce dabit uocem suam. uocem uirtutis suę. date honorem deo.

Super Israhel magnificentia eius. et uirtus eius in nubibus.

Mirabilis deus in sanctis suis. deus Israhel ipse dabit uirtutem. et fortitudinem plebis sue benedictus dominus.

ORATIO. Exurge domine dispargantur inimici tui. et sp[iritu]ales nequitię uultus tui inluminatione diffugiant.

[1] uberem] gloss *pinguem.* [2] uerticem] gloss *summitate capitis.*
[3] iuuencularum] gloss *idest mulierum uel uitularum.*
[4] timphanistriarum] gloss *cantare uel pandere.*
[5] Egypto] gloss *interpretatur tenebre.*
[6] Ethiopia] gloss *nigri in peccatis.*

Repellat Dauid frequentatus in ęcclesia tua quos adstans fugabat in cithara. Et reddat suabitatem modulatione psalmorum . quam reddebat pulsatione cordarum . ut doctrina ipsius te benedicentes . atque eius suffragiis te precantes . /exulte- [f. 27.*b.* mus in conspectu tuo et delectemur in letitia . que sanctis tuis est perpetuo preparata . amen.

ALIA ANTIPHONA.[1] Deus in loco sancto tuo deus qui habitare facit unanimes in domo. *Versus.* Currus.

ORATIO. Deus in loco sancto tuo qui habitare facis unanimes in domo . presta nec carnalis concupiscentia spiritui usque-quaque repugnet . sed exemta uitiis anime libertas te opitulante proficiat . Ac sicut utraque a te perfecta creata sunt . ita tibi pacifica seruitate iugiter famulentur educens uinctos in fortitudine peccatorum nexus absolbe . et ne nos aduersa preualeant . tua nos uirtute precinge . amen.

ALIA ANTIPHONA. *Benedictus deus benedictus dominus de die in diem.* *Versus.* Preuenerunt prin.

ORATIO. Deus qui sanctis†[2] in loco sancto tuo nostra sanctifica penetralia. /Vt te delectet esse intra nostrorum [col. 2. cordium intima ac merito habitantis sit habitationis karitas infinita.

LXVIII [PSALMVS].

IN FINEM PRO HIS QVI INMVTABVNTVR PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Saluum me fac domine quoniam introyerunt aque usque ad animam.*

Saluum me fac deus quoniam introyerunt aque (usque)[3] ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi . et non est substantia.

Deueni in altitudine maris . et tempestas dimersit me.

Lauorabi clamans . rauce facte sunt fauces mee.

Defecerunt oculi mei . dum spero in deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei . qui hoderunt me inique.

/Confortati sunt super me qui me persequuntur inimici [f. 28. mei iniuste . que non rapui tunc exsoluebam.

Deus tu nosti insipientiam meam . et delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui te expectant domine deus uirtutum . nec reuereantur[4] super me qui querunt te domine deus Israhel.

[1] the neums are omitted. [2] perh. *sanctus es.*
[3] usque] a later insertion above the line.
[4] reuereantur] gloss *confundantur*, so Vulg.

Quoniam propter te supportabi[1] inproperium[2] . operuit reuerentia faciem meam.

Exter factus sum fratribus meis . et ospes filiis matris mee.

Quoniam zelus domus tue comedit me . et obprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Humiliabi in ieiunio animam meam . et factum est in obprobrium mici.

Et posui uestimentum meum cilicium . et factus sum illis in parabola.

Aduersum me exercebantur[3] qui sedebant in porta . [col. 2. et in me psallebant[4] qui bibebant uinum.

Ego uero orationem meam . ad te domine tempus beneplaciti.

Deus in multitudine misericordie tue . exaudi me in ueritate salutis tue.

Eripe me de luto ut non inerear†[5] . libera me ex odientibus me . et de profundo aquarum.

Non me dimergat tempestas aque . neque obsorbeat me profundum . neque operiat[6] super me puteus os suum.

REPETITIO. Exaudi me domine . quoniam benigna est misericordia tua.

Secundum multitudinem miserationum tuarum . respice in me.

Ne auertas faciem tuam a puero tuo . quoniam tribulor uelociter exaudi me.

Intende anime mee et libera eam . propter inimicos meos eripe me.

Tu enim scis inproperium meum et confusionem et [f. 28.*b*. uerecundiam meam . in conspectu tuo omnes tribulantes me.

Inproperium expectabit cor meum et miseriam et sustinui qui simul mecum contristaretur et non fuit . et consolantem me et non inueni.

Et dederunt in esca mea fel . et in siti mea potaberunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum . et in captione† et scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne uideant . et dorsum[7] illorum semper incurba.

Effunde super eos iram tuam . et indignatio ire tuę adprehendat eos.

[1] supportaui] gloss *sustinui*, so Vulg.
[2] improperium] gloss *obprobrium*, so Vulg.
[3] exercebantur] gloss *loquebantur*, so Vulg. [4] psallebant] gloss *cantabant*.
[5] inerear] probably for *inhaeream*, gloss *infingar* (*infgar* Vulg.)
[6] operiat] gloss *urgeat*, so Vulg.
[7] dorsum] gloss *capita*.

Fiat habitatio eorum deserta . et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti ipsi /persequuti sunt me . [col. 2. et super dolorem uulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super impietatem ipsorum . et non intrent in tua iustitia.

Deleantur de libro uiuentium . et cum iustis non scribantur.

Pauper ego et dolens sum . et salus uultus tui deus suscepit me.

Laudabo nomen dei mei cum cantico . ( )[1] magnificabo eum in laude.

Et placebit deo super uitulum nobellum . cornua producentem et ungulas.

Videant pauperes et letentur . querite dominum et uiuet anima uestra.

Quoniam exaudibit pauperes dominus . et uinctos suos non sprebit.

Laudent illum celi et terra . mare et omnia reptilia in eo.

Quoniam deus salbam faciet Syon . et edificabuntur ciuitates Iude et inhauitabunt ibi et hereditabunt eam.

(Et[2] semen seruorum eius possidebunt eam . et qui diligunt nomen eius inhauitabunt in eam.[2])

ORATIO. /Deus cuius misericordia in tantum benigna [f. 29. probatur ut plus tribulantium respicias gemitus . quam insultantum inproperia exaudi(as)[3] iniquorum exaudi nos . et ne in limo profundi mergamur substantia nos eripiat deitatis . ut laudantes nomen tuum in canticis . te dominum in quo uiuit anima nostra requirere debeamus.

ALIA ANTIPHONA. *Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua.*

[ORATIO]. Deus apud quem delicta nostra non sunt abscondita . cuius oculi non solum exteriora prospiciunt . sed cordis intima insensibili intuitu penetrantur† . da nobis penitentie remedium pro cilicii indumento . da confessione†[4] preconium . pro uenie lucrum . Da ut effluant oculi pro admissis peccaminum flumina /lacrimarum . da uoci nostre gemitibus expetere [col. 2. suffragia precum. Et tu domine exaudi orationem nostram . quia benigna est misericordia tua . et ne nos inferni profundus obsorbeat . aut lutulenta facinora subruat† . multitudo nos tuarum miserationum liberandos respiciat.

[1] erasure of two letters.
[2] Et semen...in eam] this last verse is an addition in a contemporary hand.
[3] exaudias] *as* on erasure.
[4] I have not found a cure for this passage.

LXVIIII [PSALMVS].

VICTORIA DAVID.

Deus in adiutorium meum intende. domine ad adiubandum me festina.

Confundantur et reuereantur inimici mei. qui querunt animam meam.

Auertantur retrorsum. et confundantur qui cogitant mici mala.

Auertantur statim erubescentes. qui dicunt mici euge euge.[1]

Exultent et letentur in te omnes qui querunt te domine. et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.

Ego uero egenus et pauper sum. /dominus curam [f. 29.*b*. habet mei.

Adiutor et liuerator meus es tu domine ne tardaberis.

ORATIO. Intende in adiutorium nostrum domine. et ut nos salbes festinus adgredere. tribue†[2] inplendi que uobimus et perfectionem deputa que obtamus. Vt dum opere tuo cepta perfeceris nostra tibi laus maneat defectu bonorum operum nos de tuo gratulemur auxilio. te nostra magnificet operis restituendo†[3]. nosque tua adtollat remuneratio.

LXX [PSALMVS].

VICTORIA. CANTICVM DAVID.

ANTIPHONA.[4] Deus in te sperabi domine non confundar in eternum in tua iustitia liuera me domine.

Deus in te sperabi domine non confundar in eternum. in tua iustitia /liuera me et eripe me. [col. 2.

Inclina ad me aurem tuam. et liuera me.

Esto[5] mici in deum protectorem et in locum munitum ut saluum me facias.[5]

Quoniam firmamentum meum et refugium es tu. deus meus eripe me de manu peccatoris. et de manu contra legem agentis et iniqui.

Quoniam tu es patientia mea domine. spes mea a iubentute mea.

[1] euge] gloss *idest irrisionem uel bene g*[*audere*].
[2] tribue] ins. *uires* Lor.
[3] restituendo] *rectitudo* Lor. There is doubtless further corruption in the text.
[4] the neums are not inserted.
[5] Esto...facias] this verse has neums, probably supplied by a later hand, which has also added the word *domine* (with neums) in the margin.

In te confirmatus sum ex utero . de uentre matris mee deus meus es tu . in te est decantatio mea semper.

Tamquam prodigium[1] factus sum multis . et tu adiutor fortis.

Repleatur os meum deus laude tua . ut possim cantare gloriam tuam . tota die magnificentias tuas.

Ne proicias me in tempore senectutis et quum defecerit /uirtus mea ne derelinquas me. [f. 30.

Quia dixerunt inimici mei mala mici . et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum dicentes deus dereli( )quid[2] illum.

Persequimini et conprehendite eum . quia non est qui eripiat eum.

Deus ne elonges a me . deus meus in adiutorium meum respice.

Confundantur et deficiant detraentes anime meę . operiantur pudore et confusione que querunt mala mici.

Ego autem semper in te sperabo . et adiciam super omnem laudem tuam.

Os[3] meum pronuntiabit iustitiam tuam . tota die laudem tuam.[3]

Quia non cognobi negotiationes . introibo in potentias domini . memorabor iustitie tuę solius.

REPETITIO. Docuisti me deus a iubentute mea . et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua et usque ad senectam et senium /deus ne derelinquas me. [col. 2.

Donec adnuntiem bracium tuum . generationi omni que uentura est.

Potentiam tuam et iustitiam tuam deus . usque in seculum.

Que fecisti magnalia deus . quis similis tibi.

Quia hostendisti michi tribulationes multas et malas . et conuersus uiuificasti me . et de abysso terre iterum reduxisti me.

Multiplicasti iustitiam tuam . et conuersus consolatus es me.

Et ego confitebor tibi in uasis psalmorum ueritatem tuam . psallam tibi in cithara deus sancte Israhel.

Gaudebunt labia mea dum cantabero t(i)bi[4] . et anima mea quam redemisti.

Sed et lingua mea meditabitur iustitiam tuam . tota die laudem tuam.

Dum confusi et reueriti fuerint . /omnes qui querunt [f. 30.*b*. mala mici.

[1] prodigium] gloss *mirabiliosum*. [2] dereliquit] one letter erased.
[3] Os meum...laudem tuam] neums (perhaps later) and *domine* added in marg.
[4] tibi] *i* on erasure.

ORATIO. Firmamentum et refugium nostrum domine . eripe nos de manu peccatoris . eripe de faucibus contra legem (ag)entis[1] et iniqui . reple os nostrum laude tua . ut adnuntiemus iustitiam tuam . dumque melodia nostra . decantationis ad te dirigitur . mens quo(d)[2] postulat mereatur. Sicque spem nostri cordis in te conloca ut et in iubentute nos uiam tuam doceas . et ad senium bonorum operum maturitate perducas.

ALIA ANTIPHONA. *Gaudebunt labia mea dum cantabero tibi et anima mea quam redemisti domine.* *Versus.* Docuisti me.

ORATIO. Memento domine iustitie tue solius . et quos a iubentute nostra doctrinis spiritualibus informas . usque ad senectam ne derelinquas oramus . sed in tua iustitia libera nos /atque eripe nos . et quia tu es patientia nostra et spes [col. 2. nostra in ista opituletur[3] sustentatio . in illa promissio. In ista nobis securitate†[4] presentium . in illa gaudia conferat eternorum.

LXXI [PSALMVS].

IN SALOMONE PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Suscipiant montes pacem populi tui et colles iustitiam tuam.*

Deus iudicium tuum regi da . et iustitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in tua iustitia . et pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populi tui . et colles iustitiam tuam.

In sua iustitia iudicabit pauperes huius populi . et saluos faciet filios pauperum.

Et humiliabit calumniatorem et permanebit cum sole . et ante luna†[5] in secula seculorum.

/Et descendet sicut plubia in bellus . et sicut stillicidia [f. 31. stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia . et multitudo pacis donec extollatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare . et a fluminibus usque ad terminos orbis terre.

Coram illo Eziopes[6] procident . et inimici eius limum[7] lingent.

Reges Tarsis et insule munera offerunt . reges Arabum et Sabaa dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terre . omnes gentes seruiunt ei.

Quia liuerabit pauperem a potente . et inopem cui non erat adiutor.

[1] agentis] *ag* on erasure.
[2] quod] *d* interlined.
[3] opituletur] gloss *ausilietur*.
[4] read *securitatem*.
[5] read *lunam*.
[6] Aethiopes] gloss *prius nigri in peccato*.
[7] limum] gloss *terram*, so Vulg.

Parcet pauperi et inopi[1] . et animas pauperum saluas faciet.

Ex usuris[2] et iniquitatibus liuerabit animas eorum . et preclarum nomen eius coram ipsis.

/Et uiuet et dabitur ei de auro Arabię[3] . et orabunt [col. 2. pro eo semper tota die benedicent eum.

Et erit firmamentum in terra . a summis montibus super extolletur super Libanum fructus eius.

Et florebit de ciuitate sicut fœnum terre . et erit nomen eius benedictum in secula.

Ante solem permanet nomen eius . et ante lunam sedes eius.

Et benedicentur in eo omnes tribus terre . omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus dominus deus Israhel . qui facit mirabilia magna solus.

Et benedictum nomen maiestatis eius . in ęternum et in seculum seculi.

Et replebitur maiestate eius . omnis terra fiat[4] fiat.

ORATIO. Dominator domine Ihesu Christe qui dominaris (a mari)[5] usque ad mare . concede nobis in tue dominationis unitate consistere . et doctrine sancte dulcedine cursum /fidei nostre perficere . ac sic carnem nostram legalibus [f. 31.*b.* frenis adstringas ut mentem nostram iustitie et pacis ope defendas. Pax igitur que†[6] susceperunt montes . ipsa tibi reconciliet humiles . et iustitiam†[7] quam uidere meruerunt colles . iugiter exoret pro supplices[8] . ac sic uterque[9] uirtus zelo sanctitatis in populis uigeant . ut iustitie†[7] informet ad pietatem . et pax uinculis karitatis innectat. Vt iustitia defendat in secula et pax coniungat Christo in regno superno . amen.

ANTIPHONA. *Benedictus dominus deus Israhel qui facit mirabilia magna solus.*

ORATIO. Benedicte domine deus Israhel qui facis mirabilia magna solus . da in diebus nostris iustitiam et habundantiam pacis. Vt nos in†[10] illa informet . ista consocict . illa nobis collium /tuorum procuret ascensionem . hec ęternorum [col. 2. mo(n)tium[11] preparet altitudinem. Repleaturque uniuersa terra maiestate tua . ut magnificentiam tui corporis†[12] membrorum plenitudinem subiectio tibi offerat populorum. Vt dum nomen tuum magnificamus in laude . uel opera nostra ornetur ex†[13] fide . uel fides nostra commendetur ex opere.

[1] inopi] gloss *sine terra uel sine gente.*
[2] usuris] gloss *idest usura.*
[3] Arabiae] gloss *idest de Arabia.*
[4] fiat] gloss *idest confirmatio.*
[5] a mari] written in the marg., but perhaps by the original hand.
[6] read *quam.*
[7] read *iustitia.*
[8] i.e. *supplicibus.*
[9] read *utraque?*
[10] om. *in?*
[11] montium] *n* on erasure.
[12] ins. *et?*
[13] read *ornentur.*

FINIT LIBER SECVNDVS INCIPIT LIBER TERTIVS.

LXXII [PSALMVS].

Psalmvs asaph.

Quam bonus deus Israhel eis qui recto sunt corde.

Mei autem pene moti sunt pedes . pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelabi in pec/catoribus . pacem peccatorum uidens. [f. 32.

Quia non est declinatio mortis eorum . nec firmamentum in plaga ipsorum.

In laboribus hominum non sunt . et cum hominibus non flagellabuntur.

Ydeo tenuit eos superuia eorum . operti sunt iniquitatem† super impietatem suam.

Prodiit[1] quasi ex adipe iniquitas eorum . transierunt in dispositione†[2] cordis.

Cogitaberunt et loquuti sunt nequitiam . iniquitatem in excelso loquuti sunt.

Posuerunt in celo os suum . et lingua eorum transiit super terram.

Ideo reuertetur huc populus meus . et dies pleni inueniuntur† in eis.

Et dixerunt quomodo sciuit deus . et si est scientia in excelso.

Ecce ipsi peccatores et abundates†[3] in seculo . obtinuerunt diuitias.

Et dixi numquid uane iustificabi /cor meum . et labi [col. 2. inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus tota die . et uindex meus in matutino.

Si dicebam narrabo sic . ecce generatio filiorum tuorum cui disposui.

Existimabam ut cognoscerem hoc labor est ante me . donec intrem in sanctuarium dei et intelligam in nobissimo.

Verumtamen propter dolositates eorum posuisti eis mala . deiecisti eos quum allebarentur.

Quomodo facti sunt in desolatione subito . defecerunt et perierunt propter iniquitatem suam . uelut a somnium†[4] exurgentes.

[1] prodiit] gloss *exiuit.*
[2] dispositione] read *dispositionem* ; gloss *afectum*, so Vulg.
[3] read *abundantes.* [4] *somnium exurgentis* or *a somnio exurgentes?*

Domine in ciuitate tua . ymaginem illorum ad nicilum rediges.

Quia exaruit cor meum et renes mei resoluti sunt . et ego ad nicilum redactus sum et nesciui.

Velut iumentum factus sum apud te . et ego semper tecum.

/Tenuisti manum meam dexteram et in uoluntate [f. 32.*b*. tua deduxisti me . et cum gloria adsumsisti me.

Quid enim mici restat in celo . et a te que uolui super terram.

Defecit cor meum et caro mea robur[1] cordis mei . et pars mea tu deus in secula.

Quia ecce qui elongant se a te peribunt . perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

Mici autem aderere deo bonum est . ponere in deo spem meam.

Vt enarrem omnia promissa tua . in portis filie Syon.

ORATIO. Domine deus Israhel te rogamus et petimus bonitatem tuam quam rectis corde profusius tribuis . peccatoribus nobis ob conuersationem non deneges . ut ipsa qua reges†[2] humiles . per ipsa†[3] tibi subditos efficias contumaces . ut ea ipsa /bonitas per quam indesinenter iustos coronas . sit [col. 2. iugiter interuentrix ut peccatoribus parcas . ut de bonitate in qua sancti exultant letantes . de eadem se tibi restituat†[4] gaudeant oberrantes . quosque secularis inlecebras†[5] per diuersarum contagia rerum a te fecit recedere . eosdem sincera confessio tibi faciat aderere. Atque in laudem tui inpensione supplementis†[6] unanimitate clamitantes persolbere.[7]

ANTIPHONA.[8] Nobis aderere deo bonum est ponere in deo spem nostram. *Versus.* Verumtamen.

ORATIO. Tibi aderere bonum est domine et recedere noxium . a te elongari perditio . et tibi coniungi uita†[9] est plenitudo. Dona itaque nobis ut qui spem nostram in te ponimus perfectam in te plenitudinem consequamur . tuasque laudes /in portis [f. 33. filie Syon dum ad tuum regnum ingredimur decantantes.†[10]

[1] robur] gloss *peticio.* The text reading is that of S. Jerome's Hebrew version, but the gloss I have failed to understand.
[2] *regis* Lor.
[3] *ipsam* Lor.
[4] *restitui* Lor.
[5] *inlecebra* Lor.
[6] *supplici, mentis* Lor.
[7] *uota persoluere* Lor.
[8] the neums are not inserted.
[9] read *uitae.*
[10] *decantemus* Lor.

LXXIII [PSALMVS].

ERVDITIO ASAPH.

ANTIPHONA. *Memento congregationis tue domine quam creasti ab initio.*

Vt quid reppulisti nos deus in finem . iratus est furor tuus . super oues gregis tui.

Memento congregationis tue domine . quam creasti ab initio.

Liberasti uirgam hereditatis tue . montem Syon in quo habitas in id ipsum.

Eleua manum tuam . in superuia eorum in finem.

Quanta malign( )atus[1] est inimicus in sanctis tuis . et gloriati sunt omnes qui te hoderunt.

In medio atrio[2] tuo posuerunt signa sua . signa et non [col. 2. cognoberunt sicut in uia[3] supra sumum.[4]

Tamquam in silua lignorum . securibus exciderunt ianuas eius in (id)[5] ipsum.

Bipinne[6] et assia[7] deiecerunt ea . incenderunt igni sanctuarium tuum . in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo . cognatio eorum in id ipsum.[8]

Venite conprimamus omnes dies festos . domini de terra.

Signa nostra non uidimus iam non est propheta . et nos non agnoscet amplius.

Vsquequo deus inproperabit inimicus . irritat aduersarius nomen tuum in finem.

Vt quid auertis faciem tuam et dexteram tuam . ę medio sino tuo in finem.

REPETITIO. Deus autem rex noster ante secula . operatus est salutem /in medio terre. [f. 33.*b.*

Tu confirmasti in uirtute tua mare . tu contribilasti capita draconum super aquas.

Tu confregisti kapud draconis magni . et dedisti eum in escam populo Eziopo.[9]

Tu disrumpisti fontes et torrentes . tu exsiccasti flumina Ethan.[10]

Tuus est dies et tua est nox . tu fecisti solem et lunam . tu fecisti omnes terminos terre . estatem . et uer . tu fecisti ea.

[1] malignatus] about two letters erased.
[2] atrio] gloss *sollempnitatis*, so Vulg.
[3] uia] gloss *exitu*.
[4] supra sumum] gloss *idest de suma* (?)
[5] id] interlined.
[6] bipinni] gloss *securi bis acuta*.
[7] assia] *c* written over, gloss *dolabra uel açuela*.
[8] in id ipsum] gloss *simul*, so Vulg.
[9] Ethiopo] gloss *idest nigris in peccato*.
[10] Ethan] gloss *dicitur robustus*.

Memor esto huius creature tue quia inimicus exprobrabit dominum . et populus insipiens exaceruabit nomen tuum.

Ne tradas besteis animas confitentium tibi . animas pauperum tuorum ne oblibiscaris in finem.

Respice in testamento tuo . quia repleti sunt qui obscu-/ [col. 2. rati sunt terre domibus iniquita( )t( )um.[1]

Ne auertatur humilis factus confusus . pauper et inobs[2] laudabunt nomen tuum.

Exurge domine iudica causam tuam . memor esto obprobrii seruorum tuorum et eorum qui ab insipient(ibus)[3] sunt tota die.

Ne oblibiscaris uocem querentium te . superuia eorum qui te oderunt ascendant† in sempiternum.

ORATIO. Memento domine congregationis tuę quam ab initio potenter creasti . quamque mirabiliter ac misericorditer tui sanguinis pretio redemisti . et quia hanc ipsam in possessionem tui de gentibus elegisti . liuera ergo uirgam hereditatis tuę a subplantatoris incursibus. Ac sic eam rege iustificando presenti in seculo . ut ipsam /heredites in [f. 34. seculo post futuro . et qui†[4] regnum tuum aduenire diuine† tradition(e)[5] exorat . ad eundem†[6] regnum indulta piacula[7] hereditaria successione perueniat.

ANTIPHONA.[8] Ne oblibiscaris uocem querentium te domine *Versus.*

[ORATIO.] Domine qui uerbum caro factum in medio terre operatus es salutem orbis terre . karitatis tuę agnitionem . et fidei nobis tribue plenitudinem omnem in sacramentis tui†[9] astutiam . superuiamque spiritu†[9] malignorum tamquam super aquas capita confringe draconum . ut hii qui sacro babtismate iam renatis†[10] salutiferum sanguinem agni percipiunt . letali serpentium uenena†[11] nullo modo saucientur . amen.

LXXIIII [PSALMVS].

VICTORIA NE DISPERDAS DAVID CANTICVM ASAPH.

Confitebimur tibi deus confitebimur tibi . et inuocabimus nomen sanctum tuum.

Narrabo omnia mirabilia tua . quum accepero tempus ego iustitiam iudicabo.

[1] iniquitatum] two letters erased.
[2] inops] gloss *sine gente.*
[3] insipientibus] the termination is apparently on an erasure of one letter only.
[4] read *quae* or *quia.*
[5] read *diuina traditione ; diuinae traditionis* is the original reading, partly corrected.
[6] read *idem.*
[7] read *indulto piaculo ?*
[8] the neums not inserted.
[9] read *tuis . astutiam superbiamqne spirituum.*
[10] read *renati.*
[11] read *ueneno.*

Liquefacta est terra et omnes hauitantes in ea . ego autem confirmabo columnas eius.

Dixi iniquis nolite inique agere . et delinquentibus nolite exaltare cornu.

Nolite in altum extollere cornu uestrum . et ne loquamini aduersus deum iniquitatem.

Quia neque ab oriente neque ab occidente . neque a desertis montibus . quoniam deus iudex est.

Hunc humiliat et hunc exaltat . quia calix in manu domini uini meri plenus est mixto et inclinabit ex hoc in illud.

Verumtamen fex eius non est exinanita . bibent ex eo /omnes peccatores terre. [f. 34.*b*.

Ego autem in secula letabor . et psallam deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam . et exaltabuntur cornua iusti.[1]

ORATIO. Confitebimur tibi deus confitebimur tibi peccata atque facinora nostra . que tibi prius sunt cognita quam prodantur . inuocamus itaque nomen tuum ut in patefactis tribuas ueniam . qui non statim in abditis uis exercere uindictam . et qui confessione placaris humilium . remissionem omnium tribuas delictorum.

LXXV [PSALMVS].

VICTORI IN PSALMIS CANTICVM ASAPH CARMINIS.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Inluminans tu mirabilis a montibus ęternis.*

Notus in Iudea deus . in Israhel magnum nomen eius.[2]

Et factus est in pace locus eius . et hauitatio eius [col. 2. in Syon.

Ibi confregit cornu arcum . scutum gladium et bellum.

Ynluminans tu mirabilis . a montibus ęternis.

Turbati sunt omnes insipientes corde . dormierunt somnum suum et nicil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua deus Iacob . dormitaberunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es et qui resistet tibi . extunc et ab ira tua.

E celo iudicium iaculatum[3] est . terra tremuit et quiebit dum resurgeret in iudicio deus . ut salbos faceret omnes quietos[4] terre.

[1] cornua iusti] gloss *uirtutes iusti*.

[2] Notus...nomen eius]. Although there is a separate antiphon neums are given to the first verse apparently in the original hand.

[3] iaculatum] gloss *idest auditum*, so Vulg.

[4] quietos] gloss *mansuetos*, so Vulg.

Quia cogitatio hominis confitebitur tibi . et reliquę†[1] cogitationis diem festum agent tibi.

/Vobete[2] et reddite domino deo uestro . omnes qui in [f. 35. circuitu (eius)[3] offertis munera.

(t)erribili.[4] (E)t ei qui aufert spiritum principum . terribili pre regibus terre.

ORATIO. Deus qui in loco pacis pax ęterna consistis . ac discordarum†[5] arcos gladiosque confringis ; ut concordie gratiam et†[6] debellatione uirtutum glorifices . inlumina nos mirabiliter a montibus ęternis . ut et inde nobis auxilium ueniat . et illuc mens nostra se dirigat. Et quia tu terribilis es ; et cogitationum†[7] quam tibi confitentur inspector . salbos fac omnes mites terre . et pacifica in te credentes congrua uolumtate . pater.

BENEDICTIO. Omnipotens dominus det uobis misericordiam que conferat uitam. Inspiret petitionem , que obtineat salutem. /Donet dulcedinem sue dilectionis . que uos [col. 2. extollat in laudem sue ęternitatis.

LXXVI [PSALMVS].

VICTORI PRO YDITVN PSALMVS ASAPH.

ANTIPHONA. *In die tribulationis mee deum exquisibi manibus meis nocte coram eo et non sum deceptus.*

Voce mea ad dominum clamabi . et uox mea ad deum et respexit me.

In die tribulationis mee deum exquisibi manibus meis . nocte coram eo . et non sum deceptus.

Recusabi[8] consolari animam meam . memoratus sum dei et letatus sum.

(a)lienatus[9] sum . et defecit paulisper[10] spiritus meus.

Preoccupaberunt[11] custodias[12] omnes inimici mei . conturbatus sum et non sum loquutus.

Recordatus[13] sum dies antiquos . et annos ęternos in mente habui.

[1] read *reliquiae.*
[2] vobete] gloss *uotum facere.*
[3] eius] on erasure.
[4] terribili] gloss *idest timor moueat ad...* (*t* and *E* on erasure).
[5] read *discordiarum.*
[6] om. *et ?*
[7] ins. *ante ?*
[8] recusaui] gloss *renuit*, so Vulg. *a* on erased rubricated letter.
[9] alienatus] gloss *excitatus* (read *exercitatus*).
[10] paulisper] gloss *defecit* (*sic*).
[11] preoccupauerunt] gloss *anticipauerunt.*
[12] custodias] gloss *uigilias.*
[13] recordatus] gloss *cogitaui.*

/Meditatus sum nocte cum corde meo. cogitabam[1] et [f. 35.*b*. uentilabam[2] spiritum meum.

Et dixi numquid in secula repellet[3] deus; aut non apponet bene facere a(d)huc[4]; aut in finem misericordiam suam amputabit[5] a seculo et generatione.

Numquid oblibiscetur miseri deus. aut continebit in ira misericordiam suam.

Et dixi nunc cepi. hec mutatio dextere altissimi.

Memoratus sum operum dei. quia memor ero a principio mirabilium tuorum.

Et meditatus sum in omnibus operibus tuis. et in ad(in)uentionibus[6] tuis me exercebor.[7]

Deus in sancto uia tua quis deus magnus sicut deus noster. tu es deus qui facis mirabilia magna solus.

Notam fecisti in populis uirtutem /tuam. liberasti [col. 2. bracio tuo plebem tuam filios Iacob et Yoseph.

Viderunt te aque deus uiderunt te aque et timuerunt. conturbati sunt abyssi.

A multitudine sonitus aquarum. uocem dederunt nubes.

Etenim sagitte tue pertransierunt. uox tonitrui tui in rota.

Inluxerunt fulgura[8] eius orbi terre. mota et tremefacta est terra.

Yn mari uie tue et semite tue in aquis multis. et uestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oues populum tuum. in manu Moysi et Aaron.

ORATIO. In die tribulationis nostre domine precem quam effundimus suscipe. et extensis in nocte manibus que desideramus intellege. Occurre animabus nostris obtimus consolator. et indulgentiali fabore existe redemtor. /Et [f. 36. qui nos adquisisti passionem†[9] uoluntaria. erue nos de laqueo uenantis inuicta potentia. Et qui†[10] uestigia tua non cognoscuntur. uel dum mirabiliter ad uirginem uenis; aut potenter mundum deuincis. atque obtimus triumphator ad cęlos regrederis. illic petimus nos adtraas quo procedis.

[1] cogitabam] gloss *exercitabar*, so Vulg.
[2] uentilabam] gloss *scopebam*, so Vulg.
[3] repellet] gloss *proiciet*, so Vulg.
[4] adhuc] *d* on erased *u*.
[5] amputabit] gloss *abscidet*.
[6] adinuentionibus] *in* interlined.
[7] exercebor] gloss, without reference mark, but apparently referring to this word, *utebor idest pienso*.
[8] *fulgura*] gloss *coruscationes*, so Vulg.
[9] read *passione*.
[10] read *quia?*

LXXVII [PSALMVS].

INTELLECTVS ASAPH.

ANTIPHONA. *Aperiam in parabolis os meum loquar que facta sunt ab initio seculi.*

Adtende populе meus legem meam. inclinate aurem uestram in uerba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum. loquar propositiones /ab initio seculi. [col. 2.

Quanta audibimus et cognouimus ea. et patres nostri annuntiaberunt nobis.

Non sunt occultata a filiis eorum. in progenie altera.

Narrate laudes domini et uirtutes eius. et mirabilia eius que fecit.

Et suscitabit testimonium in Iacob. et legem posuit in Israhel.

Quam mandabit patribus nostris. ut notam facerent ea (af)†[1] filiis suis.

Vt cognoscant generatio altera. filii qui nascentur exurgent et narrabunt ea filiis suis.

Vt ponant in deo spem suam. et non oblibiscantur operum dei sui. et mandata eius exquirant.

Ne fiant sicut et patres eorum. genus prabum et peramarum.[2]

Genus[3] quod non direxit cor suum. et non credidit deo spes eius.

Filii Efrem[4] intendentes arcum. et mittentes sagittas (s)uas[5]. /quum conuersi sunt in die belli. [f. 36.*b*.

Non custodierunt testamentum dei sui. et in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti sunt beneficiorum eius. et mirabilium eius que hostendit eis.

Coram patribus eorum fecit magnalia in terra Egypti. in campos Taneos.[6]

Interrupit mare et perduxit eos. et statuit aquas quasi in utre.

Et eduxit eos in nubem diei. et nocte in inluminatione luminis.

Interrupit in eremo petram. et ad† adaquabit eos uelut in abiss(is)[7] mult(is).

[1] *af* (sic) interlined.
[2] peramarum] gloss *exasperans*, so Vulg.
[3] genus] gloss *generatio*, so Vulg.
[4] Efrem] gloss *idest Effraim*.
[5] suas] *s* interlined.
[6] Taneos] gloss *Tan nomen loci. et est ciuitas in qua plurima mala facta sunt.*
[7] abyssis multis] erasures.

Et eduxit aquam de petra. et eduxit tamquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei. in ira concitaberunt ( )[1] excelsum in siccitate.[2]

Et temptaberunt deum in cordibus suis. ut peterent [col. 2. escam animabus suis.

Et male loquuti sunt de deo. et dixerunt.

Numquid poterit deus. parare mensam in deserto.

Quoniam percussit petram et fluxerunt aque. et torrentes inundaberunt.

Numquid et panem poterit dare. aut parare mensam populo suo.

Ideo audibit deus et distulit et superposuit. et ignis accensus est in Iacob. et ira dei ascendit in Israhel.

Quia non crediderunt in deum suum. nec speraberunt in salutare eius.

Et mandabit nubibus desuper. et ianuas celi aperuit.

Et pluit illis manna manducare. panem celi dedit eis.

Panem angelorum manducabit homo. frumentationem[3] misit illis in habundantia.

REPETITIO. Et excitabit austrum de celo. et induxit [f. 37. in uirtute sua africum.

Et pluit super eos sicut pulberem carnes. et sicut arene maris uolatilia pinnata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum. circa tabernacula eorum.

Et manducaberunt et saturati sunt nimis. et desiderium eorum obtulit eis.

Non sunt fraudati a desiderio suo. adhuc esca eorum erat in ore ipsorum.

Ira dei ascendit in eis et occidit plurimos eorum. et electos Israhel inpedibit.

Yn omnibus his peccaberunt adhuc. et non crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in uanitate dies eorum. et anni eorum cum festinantia.

Quum occideret eos tunc querebant eum. et conuer-
/tebantur ante lucem et ueniebant ad eum. [col. 2.

Et rememorati sunt quia deus adiutor eorum est. et deus excelsus liuerator eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo. et lingua sua mentiti sunt ei.

[1] erasure of three or four letters.
[2] siccitate] gloss *in inaquoso*, so Vulg.
[3] frumentationem] gloss *cibaria*, so Vulg.

Cor autem ipsorum non est rectum cum eo . nec fides habita est illis in testamento eius.

Ypse autem est misericors et propitius fit[1] peccatis eorum . et non disperdidit eos.

Et habundauit ut auerteret iram suam ab eis . et non accendit omnem iram suam.

Et rememorati sunt quia caro sunt . spiritus uadens et non rediens.

Quotiens exaceruaberunt eum in deserto . in ira concitaberunt eum in terra sine aqua.

Et conuersi sunt et temtaberunt deum . et sanctum Israhel exaceruaberunt.

/Non sunt rememorati manus eius . die qua liuerabit [f. 37.*b*. eos de manu tribulationis.

Qui posuit in Egypto signa sua . prodigia sua in campos Taneos.[2]

Conuertit in sanguine flumina eorum . et puteales aquas eorum ne biberent.

Inmisit in eis muscam[3] caninam et comedit eos . et rana exterminabit eos.

Et dedit canicule[4] fructus eorum . et labores eorum locuste.

Occidit in grandine uineas eorum . et moros eorum in pruina . et substantia eorum in igne.

(Et[5] tradidit ( ) grandin(i) iumenta eorum . et possessiones eorum in igne.)[5]

Inmisit in eis iram indignationis suę . indignationem et iram et tribulationem inmissiones per angelos malos.

Viam fecit semite ire sue . et non pepercit a morte animabus eorum . et iumenta eorum in morte conclusit.

/Et percussit omne primogenitum in terra Egypti . [col. 2. primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cam.

Et abstulit sicut oues populum suum . et perduxit eos tamquam gregem in deserto.

REPETITIO. Et eduxit eos in spe et non timuerunt . et inimicos eorum operuit mare.

Et adduxit eos in montem sanctificationis sue . montem hunc quem adquisibit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gentes . sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Et hauitabit in tabernaculis eorum . tribus Israhel.

[1] fit] gloss *fiet*, so Vulg.

[2] campos Taneos] gloss [*ciui*]*tas Egipti ubi maxima signa facta sunt.*

[3] muscam caninam] gloss *cinomia.*

[4] caniculae] gloss *erugine ; aerugini* Vulg.

[5] Et... in igne] verse omitted but inserted in the marg. perhaps by original hand ; two erasures.

Et temtaberunt et exaceruaberunt deum excelsum. et testimonia eius non custodierunt.

Auerterunt se et non obseruaberunt sicut et patres eorum. et conuersi sunt in arcum peruersum.[1]

In ira concitaberunt eum in collibus suis. et in sculp- [f. 38.
tilibus suis emulati sunt eum.

Audibit deus et sprebit. et ad nicilum redigit† nimis Israhel.

Et reppulit tabernaculum Selo( )[2]. tabernaculum suum in quo hauitabit inter homines.

Et tradidit in captiuitate uirtutes eorum. et pulcritudines eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum. et hereditatem suam sprebit

Iubenes eorum comedit ignis. et uirgines eorum non sunt lamentate.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt. et uidue eorum non ploraberunt.

Et excitatus est tamquam dormiens dominus. et tamquam potans crapulatus a uino.

Et percussit inimicos suos in posteriora. obprobrium sempiternum dedit eis.

Et reppulit tabernaculum Yosep. et tribum Efrem non elegit.

/Sed elegit tribum Iuda. montem Syon quem dilexit. [col. 2.

Et edificabit sicut unicornuorum sanctificationem suam. in terra fundabit ea( )[6] in secula.

Et elegit Dauid seruum suum. et sustulit eum de gregibus ouium.

De post fetantes[4] accepit eum pascere Iacob seruum suum. et Israhel hereditatem suam.

Et pabit eos sine malitia cordis sui. et in sensu manuum suarum. deduxit eos.

ORATIO. Narrantes laudes tuas domine et potentias tuas et mirabilia tua que fecisti. cum ante conspectum populi tui mare diuideres. lumen pretenderes. ignem preferes†[5]. celi ianuas aperires. panem angelicum dares. precamus ac petimus ut nos quoque similibus uirtutum tuarum circumdes excubiis. ne uel seculi fluctus obuolbat. uel incertum /uite cursum†[6] iter teneat uel ignor- [f. 38.*b*.
antie nox fidei inluminatione deficiat. Vt†[7] celi aditus orationi non pateat. uel panis uibus uitam se negando non prebeat. sed in

[1] arcum peruersum] gloss *procul iacit sagittas sed percutit mitentem, prauum.*
[2] Selo] a letter erased. [3] eam] *m* erased.
[4] fetantes] gloss *idest pregnantes uel liberatas a partu.*
[5] read *praeferres.* [6] read *cursus?* [7] read *uel.*

redemtionem adquisitionis atque in laudem glorie tuę quod tribuisti enigmati tribuis†[1] ueritati.

ALIA ANTIPHONA. *Non sunt rememorati manus eius die qua liberabit eos de manu tribulationis.*

ORATIO. Ponentes spem nostram in te domine ne†[2] oblibiscimur operum tuorum quam (per)[3] iustitiam atque clementiam tuam mirabilis in sanctis. et terribilis hostenderis impiis†[4]. qui opportunam†[5] remedia iustis ac deuita supplicia recompensas iniquis. quesumus itaque piissime deus. ut nos quos a tetris hostibus eruis. preceptorum tuorum luce /clari- [col. 2. fices. temtationum fluctus a nobis amobens. iter salutiferum pandas. Christi tui nos corpore tamquam cęleste pane huius seculi deserto reficias. quique tunc mirabilia tua sancta meditatione reuolbimus. quecumque in figura nostri†[6] sunt adtributa maioribus. nobis nunc in ueritate adesse. atque in nobis permanere tuo munere sentiamus.

ALIA ANTIPHONA. *Adduxit eos in montem sanctificationis sue.*

ORATIO. Eduxisti domine populum tuum de Egypto. et inimicos eorum operuisti mare. quia quantum illis†[7] seuiebant in famulis tuis. amplius aduersarios eorum tu ipse conterebas miraculis tuis. Et uirtute cunctos persequentes Egyptios aquarum gurgitibus obruisti. et nunc /quesumus a corde nostro [f. 39. exclude caterbas uitiorum nequissimas. Vt quod tunc uisibiliter in corporibus Israheliticis operatus es. in nostris quoque occultis moribus instanter perficias.

LXXVIII [PSALMVS].

IN FINEM PSALMVS ASAPH.

ANTIPHONA. *Adiuba nos deus saluator noster et liuera nos propter nomen tuum.*

Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam. polluerunt templum sanctum tuum.

Posuerunt Iherusalem. uelut pomorum custodiam.

Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas uolatilibus cęli. carnes sanctorum tuorum bestiis terre.

Effuderunt sanguinem eorum uelut aqua in circuitu Iherusalem. et non erat qui sepelliret.

Facti sumus ( )[8] obprobrium uicinis nostris. inlusione† et derisu†. /his qui in circuitu nostro sunt. [col. 2.

[1] read *tribuas*. [2] *non* Lor. [3] *cum* Lor; *per* interlined.
[4] *in impiis* Lor. [5] *opportuna* Lor. [6] read *nostris*. [7] read *illi*.
[8] erasure of *in*? read *inlusionem et derisum*.

Vsquequo deus irasceris in finem . an in finem exardescit uelut ignis zelus tuus.

Effunde iram tuam in gentes que te non noberunt . et in regna que nomen tuum non inuocaberunt.

Quia comederunt Iacob . et locum eius desolaberunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum . cito anticipet misericordia tua domine . quoniam pauperes facti sumus nimis.

Adiuba nos deus salutaris noster . et propter honorem nominis tui liuera nos . et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Nequando[1] dicant gentes . ubi est deus eorum.

Innotescat in nationibus coram oculis nostris . defensio[2] sanguinis seruorum tuorum qui effusus est.

Yntret in conspectu tuo gemitus conpeditorum . secundum multitudinem bracii tui posside filios morti punitorum.[3]

Redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum [f. 39.*b*. inproperium ipsorum . quod exprobraberunt tibi domine.

Nos autem populus tuus et oues gregis tui confitebimur tibi in secula . et in seculum seculi narrabimus laudem tuam.

ORATIO. Ne memineris iniquitates nostras antiquas domine . neque nos originalis deuiti culpa prestingat[4] quos secunda natiuitas in Christo regenerat. Adprehendat nos itaque misericordia tua . quia creator omnium in homine nascitur . et homo in deum glorificandus adsumitur.

LXXVIIII [PSALMVS].

IN FINEM PRO HIS QVI INMVTABVNTVR TESTIMONIVM ASAPH.

Qui regis Israhel intende . qui deducis uelut ouem Yoseph.

Qui sedes super cerubin manifestare coram Efrem . [col. 2. et Beniamin et Manasse.

Excita potentiam tuam . et ueni ut saluos facias nos.

Deus uirtutum conuerte nos . et hostende faciem tuam et salui erimus.

Domine deus uirtutum . quousque irasceris in orationem serui tui.

Cibasti nos panem lacrimarum . et potum dedisti nobis in lacrimis ad mensuram.

Posuisti nos in contradictione uicinis nostris . et inimici nostri deriserunt[5] nos.

[1] quando] gloss *forte*, so Vulg.
[2] defensio] gloss *ultio*, so Vulg.
[3] morte punitorum] gloss *mortificatorum*, so Vulg.
[4] *praestringat* or *praestinguat ?*
[5] deriserunt] gloss *subsannauerunt*, so Vulg.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Deus uirtutum conuerte nos . et hostende faciem tuam et salbi erimus.

Vineam ex Egypto transtulisti . eiecisti gentes et plantasti eam.

Viam fecisti in conspectu eius . et plantasti radices eius et repleta est terra.

Operuit montes umbra eius . /et arbusta[1] eius cedros [f. 40. dei.

Extendisti palmites eius usque ad mare . et usque ad flumina propagines[2] eius.

Vt quid dextruxisti maceriam[3] eius . et uindemiaberunt eam omnes transeuntes uiam.

Exterminabit eam aper de silua . et singularis ferus[4] depastus est eam.

Domine deus uirtutum conuerte nunc . respice de celo et uide et uisita uineam istam.

Et dirige eam quam plantabit dextera tua . et filium hominis quem confirmasti tibi.

Incensam igni et effosa† manu . ab increpatione uultus tui domine peribunt.

Fiat manus tua super uirum dextere tuę . et super filium hominis quem confirmasti tibi.

Et non discedimus a te uiuificabis nos . et nomen tuum inuocabimus.

Domine deus uirtutum converte nos . /et hostende [col. 2. faciem tuam et salbi erimus.

ORATIO. Qui regis Israhel intende per misericordiam domine . qui deducis uelut ouem Yosep . pastoris gubernacula . et protectorem†[5] inpende remedia . conuerte nos et hostende faciem tuam et salbi erimus . qui excelsus humilia respicis . qui orantium preces propitiatus exaudis.

LXXX [PSALMVS].

IN FINEM PRO TORCVLARIBVS PSALMVS ASAPH QVINTA SABBATI.

Exultate deo adiutori nostro . iubilate deo Iacob.
Sumite psalmum et date timphanum . psalterium iucundum cum cithara.

Cantate in initio mensis tuba . in die insignis ( )[6] sollemnitatis uestre.

/Quia preceptum Israhel est . et iudicium deo Iacob. [f. 40.*b*.

[1] arbusta] gloss *nouella uel alta.*
[2] propagines] gloss *extendere.*
[3] maceriam] gloss *longas parietas.*
[4] singularis ferus] gloss *bestia crudelis.*
[5] *protectoris* Lor.
[6] one letter erased.

Testimonium in Iosep posuit quum exiret de terra Egypti linguam quam non noberat audibit.

Diuertit ab honeribus dorsum eius. manus eius in cofino[1] seruierunt.

In tribulatione inuocasti me et liberabi te. et exaudibi te in abscondito tempestatis. prouabi te ad aquas contradictionis.

Audi populе meus et loquar. Israhel et testificabor tibi.

Israhel si me audieris non erit in te deus recens[2]. nec adorabis deos alienos.

Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Egypti. dilata os tuum et ego adimplebo illud.

Et non audibit populus uocem meam. et Israhel non intendit mici.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. et (i)bunt[3] /in uoluptatibus suis. [col. 2.

Si plebs mea audisset me Israhel si in uiis meis ambulasset. ad nicilum inimicos eius humiliassem. et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici domini mentiti sunt ei. et erit tempus eorum in eternum.

Ciuabit eos ex adipe frumenti. et de petra melle saturabit eos.

ORATIO. Exultamus in te domine quem adiutorem nostrum et cognoscimus et fatemur. propter quod etiam tibi iubilamus in desideriis. summus†[4] in doctrina psalmum. in mortificatione reddimus timphanum. te enim laudando festa peregemus†.[5] tuarumque†[6] recordatione mirabilium iucundamur. concede itaque nobis ut qui tua recolimus beneficia tua percipere /mereamur et premia. [f. 41.

LXXXI [PSALMVS].

PSALMVS ASAPH.

ANTIPHONA. *Iudicate pupillo et egeno humilem et pauperem iustificate.*

Deus stetit in sinagoga deorum. in medio autem deus discernit.

Quousque iudicatis iniquitatem. et facies peccantium adsumitis.

Iudicate pupillo et egeno. humilem et pauperem iustificate.

[1] cophino] gloss *portabant in cophinis lutum ad faciendos lateres.*
[2] recens] gloss *nouus.*
[3] ibunt] *i* on an erasure of two or three letters length.
[4] *sumimus* Lor. [5] *peragimus* Lor. [6] *tuorumque* Lor.

Eripite pauperem et egenum . de manu peccatoris liberate eum.

Nescierunt neque intellexerunt qui in tenebris ambulant . mobebuntur omnia fundamenta terre.

Ego dixi dii estis . et filii excelsi homines.†[1]

Vos autem sicut homines moriemini . et sicut unus /de [col. 2. principibus cadetis.

Exurge domine iudica terram . quia tu hereditaberis omnibus gentibus.

ORATIO. Humilem et pauperem iustificas domine quia tu et consolaris subiectum et sustentas egenum . miserere ergo nobis quoniam ad† te postulamus substantiam . et tibi subdimur tota conscientia . ut nostra que in te est fiducia repperiat exobtata suffragia . et gaudia percipiat sempiterna.

LXXXII [PSALMVS].

CANTICVM PSALMI ASAPH.

ANTIPHONA. *Cognoscant gentes quia nomen tibi dominus tu solus altissimus super omnem terram.*

Deus quis similis tibi ne taceas . neque conpescaris deus.

Quoniam (ecce)[2] inimici tui domine sonuerunt . et qui te hoderunt leuaberunt capud.

In plebem tuam aduersum te /cogitaberunt consilium . [f. 41.*b*. cogitaberunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt uenite disperdamus eos ex gente . et non memoretur nomen Israhel amplius.

Quoniam cogitaberunt consilium in unum . aduersus te testamentum disposuerunt.

Tabernacul(a)[3] Ydumeorum et Ysmaelitarum . Moab et Agareni.

Gebal et Amon et Amalec et alienigena cum hauitantibus Tirum.

Etenim Assirius simul uenit cum illis . facti sunt in susceptione filiis Loth.

Fac illis deus sicut Madian et Sisare . et sicut Iabin in torrentem Cison.[4]

Disperierunt omnes in Endor . facti sunt sicut stercus terre.

Pone principes eorum sicut Oreph et Zebzebeę . et Salmana omnes principes eorum . qui /dixerunt hereditatem possi- [col. 2. deamus nobis sanctuarium dei.

[1] homines] read *omnes*.
[2] ecce] interlined.
[3] tabernacula] *a* on *um* erased.
[4] Cison] gloss *interpretatur duricia*.

Deus meus pone illos ut rotam . et sicut stipulam ante faciem uenti.

Sicut ignis qui conburet silbam . uelut si flamma conbur(a)t[1] montes . ita persequeris eos in tempestate tua . et in ira tua conturuabis eos.

Imple facies eorum ignominia[2] . et querant nomen tuum domine.

Confundantur et turbentur in seculum seculi . et reuereantur et pereant in ęternum et in seculum seculi.

Et cognoscant quia nomen tibi dominus . tu solus altissimus super omnem terram.

ORATIO. Cognoscant omnes domine per tuam misericordiam . quia tu es deus solus super omnem terram. Salutiferum hoc donum tribue in corda uniuersorum . /quia cum te das [f. 42. sciri inpertis sapientiam . et quoniam iam nos credulitate imbuisti et docuisti . quesumus ut sicut fidei normam sumus adepti . sic etiam uite ęterne premium te largiente mereamur adipisci . amen.

LXXXIII [PSALMVS].

IN FINEM PRO TORCVLARIBVS FILIIS CHORE PSALMVS.

ANTIPHONA. *Cor meum et caro mea exultaberunt in deum uiuum.*

Quam amabilia[3] sunt tabernacula tua . domine uirtutum.

Concupibit et defecit anima mea . in atria domini.

Cor meum et caro mea . exultaberunt in deum uiuum.

Etenim passer inuenit sibi domum . et turtur nidum ubi reponat pullos suos.

Altaria tua domine uirtutum. /rex meus et deus [col. 2. meus.

Beati qui hauitant in domo tua . in secula seculorum laudabunt te.

Beatus uir cuius est auxilium abs te domine . ascensus in corde eius disposuisti in conuallem plorationis . in locum quem fundasti ei.

Etenim benedictionem dabit . qui legem dedit.

Ambulabunt de uirtute in uirtute†[4] . et uidebitur deus deorum in Sion.

Domine deus uirtutum exaudi precem meam . auribus percipe deus Iacob.

Protector noster aspice deus . et respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies una . in atriis tuis super milia.

[1] conburat] *a* on erased *e?*
[2] ignominia] gloss *infamia.*
[3] amabilia] gloss *dilecta,* so Vulg.
[4] read *uirtutem.*

Elegi abiectus esse in domo dei. magis quam hauitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et ueritatem diligit dominus. gratiam /et gloriam dabit deus. [f. 42.*b.*

Dominus non priuabit bonis. ambulantibus in innocentiam.†[1]

Domine deus uirtutum. beatus homo qui sperat in te.

ORATIO. Cor nostrum et caro nostra tibi deo uiuo exultat humili deuotione. et continua supplicatione. in corde meditatio inest assidua. in corpore prostratio moderata. et totum tibi inpendat officium. quia a te est totum in†[2] beneficium. obsecramus ut tribuas nobis promtum ad te exorandi affectum. et inpertias perseuerantiam. ut nunquam desinamus prestolare[3] tuum aduentum. per quod mereamur uidere tuum iucundum conspectum.

ALIA ANTIPHONA. *Protector noster aspice deus et respice in faciem christi tui.* *Versus.* Quia melior.

ORATIO. Deus cuius amabilia taber/nacula et speciosa [col. 2. sunt atria. in quorum ambitu et gradimur†[4] sanctitas et congaudet diuinitas. da animabus nostris in illa adtentius concupiscere in qua dies una melior est†[5] super milia noscitur prefulgere. et illic quesumus introducamur uel abiecti dummodo non sumus penitus exteri. Vt†[6] tua sit in nobis beatior corporis quam sinceritas cordis†[6]. in te deum uiuum exultatione perpetua gaudeant. et laudem tuam dulci modulamine ac pio famulatu per succedentia secula iucundanter persolbant. amen.

LXXXIIII [PSALMVS].

IN FINEM FILIIS CHORE PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Conuerte nos deus saluator noster et auerte iram tuam a nobis.*

Benedixisti domine terram tuam. auertisti capti/uitatem [f. 43. Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue. operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti[7] omnem iram tuam. auersus es ab ira indignationis tuę.

Conuerte nos deus salutaris noster. et auerte iram tuam a nobis.

Non in eternum irascaris nobis. neque extendas iram tuam a progenie[8] in progenie.

[1] read *innocentia.* [2] om. *in?*
[3] i.e. *praestolari.* [4] *graditur* Lor. [5] om. *est* Lor.
[6] Vt...cordis] *ut innouato corpore sincera corda in te* etc. Lor. I cannot suggest a satisfactory emendation. [7] mitigasti] gloss *amansesti* (*?*) *uel*...
[8] progenie] gloss *a generatione in generatione*, *cf.* Vulg.

Deus tu conuertens uiuificabis nos. et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam. et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus. quoniam loquetur pacem in plebem suam. et super sanctos suos. et in eos qui conuertuntur ad ipsum corde.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius. ut in/habitet gloriam†[1] in terram† nostram†. [col. 2.

Misericordia et veritas obuiaberunt sibi. iustitia et pax se conplexe sunt.

Veritas de terra orta est. et iustitia de celo prospexit.

Etenim dominus dabit benignitatem. et terra nostra dabid fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit. et ponet in uia gressus suos.

ORATIO. Conuerte nos deus salutaris noster ad te. ut auertas iram tuam a nobis. quoniam adesit†[2] respiramen. si suspederis†[3] furorem. conuerte nos ut miserando uulnera nostra sanes. ne auersus iuste pro peccata[4] plagas potius multiplices. Ergo rogamus ut preueniat iustitia†[5] pietas. et preoccupet penam indulgentiam†[6]. Nosque ad te conuerte ut tribuas salutem. et subtraas ultionem. amen.

/ALIA ANTIPHONA. *Deus tu conuertens uiuificabis [f. 43.*b.* nos et plebs tua letabitur in te.*

[ORATIO]. Conuerte nos deus salutaris noster ad te. et auerte iram tuam a nobis. ac super populum tuum pacem presta quam loquuntur†[7]. ut letentur in te et salutare tuum custodia salutis intellegentes. uel misericordiam tuam temporum prosperitate cognoscentes†[8]. uel benignitatem tuam fructum benignitatis[9] suscipientes†[8]. amen.

LXXXV [PSALMVS].

ORATIO DAVID.

ANTIPHONA. *Saluum fac seruum tuum domine deus meus sperantem in te.*

Inclina domine aurem tuam et exaudi me. quoniam egenus†[10] et pauper sum ego.

Custodi animam meam. quoniam sanctus es.

[1] read *gloria in terra nostra*.
[2] adesit] *aderit* Lor.
[3] *suspenderis* Lor.
[4] *peccato* Lor.
[5] *iustitiam* Lor.
[6] *indulgentia* Lor.
[7] loquuntur] *loqueris* Lor.
[8] read *cognoscant...suscipiant ?*
[9] fructum benignitatis] *fructu foecunditatis*, Lor. p. 128, *fructuum foecunditate*, *ib.* p. 116.
[10] egenus] gloss *inobs uel sine gente.*

Saluum fac seruum tuum domine deus meus . sperantem in te.

Miserere mei domine quoniam ad te clamabi tota die . letifica /animam serui tui . quia ad te domine animam [col. 2. meam leuabi.

Quia tu domine suabis ac mitis es . et multum misericors inuocantibus te.

Auribus percipe orationem meam . intende uoci deprecationis meę.

In die tribulationis mee clamabi ad te . et exaudisti me.

Non est similis tibi in diis domine . et non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti uenient et adorabunt coram te domine . et honorificabunt nomen tuum quia magnus es tu . et faciens mirabilia tu deus solus.

Deduc me domine in uia tua . et ingrediar in ueritate tua . letetur cor meum . ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo . et honorificabo nomen tuum . quia magna est super me misericordia tua . et eruisti animam /meam ex inferno inferiori. [f. 44.

Deus iniusti insurrexerunt aduersum me . et sinagoga[1] potentium quesierunt animam meam . et non preposuerunt deum ante conspectum suum.

Et tu domine deus meus miserator et misericors . patiens et multum misericors et uerax.

Respice in me et miserere mei . da potestatem puero tuo . et saluum fac filium ancille tue.

Fac mecum deus signum in bono . ut uideant qui me hoderunt et confundantur.

Quoniam tu deus adiubisti me . et consolatus es me.

ORATIO. Saluos fac nos seruos tuos domine deus noster sperantes in te . quia suabis ac mitis multumque es misericors . respice in nos et miserere nostri . ut nominis tui magnitudine cor nostrum letetur ut timeat . timeat ut letetur . /Deduc [col. 2. nos in uia tua et ambulantes in ueritate tua . consolare adiubando et adiuba consolando.

ALIA ANTIPHONA. *Quia tu domine suabis ac mitis es et multum misericors inuocantibus te.*

[ORATIO]. Domine qui suabis ac mitis es . et multum misericors omnibus inuocantibus te manifesta dulcedinem tuam . conuersis patientiam auersis misericordiam correctis . et quoniam diuerso modo cu(nct)e†[2] obsecramus quid singulis congruat quesumus potentialiter tribuas . nobisque iucunditatem atque benignitatem et pietatem multimodam rogamus inpertias.

[1] synagoga] gloss *congregatio Iudeorum.*
[2] cuncte] *nct* on erasure, read *cuncti ?*

LXXXVI [PSALMVS].

[1]CANTICVM PSALMVS FILIIS CHORE IN FINEM PRO AMALEC AD RESPONDENDVM . INTELLECTVS ETHAN ISRAELITE FILI.

ANTIPHONA. *Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.*

/Fundamenta eius . in montibus sanctis. [f. 44.*b*.

Diligit dominus portas Syon . super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te . ciuitas dei.

Memor ero Raab[2] . et Babilon scientium me.

Ecce enim alienigena et Tirus et populus Eziopus[3] qui fuerunt illic.

Mater Syon dicet homo et homo factus est in ea . et ipse fundabit eam altissimus.

Dominus narrabit scripturas populorum suorum . et principum eorum qui fuerunt in ea.

Sicut letantibus nobis omnibus commemoratio est in te.

ORATIO. Diligis domine portas Syon quas cotidie construis in conpage fidelium . Non eas confringet error ereticorum . qui†[4] eas roboras crucis uexillo . in hac nos /unitate rogamus [col. 2. socios facito . quos agnoscis tuos infixos esse sigillo . ut in ciuitatem tuam sanctam Iherusalem ingredi mereamur corde iucundo.

LXXXVII [PSALMVS].

CANTICVM PSALMVS FILIIS CHORE IN FINEM PRO AMALEC AD RESPONDENDVM INTELLECTVS ETHAN ISRAHELITE.

ANTIPHONA. *Intret oratio mea in conspectu tuo inclina aurem tuam ad precem meam domine.*

Domine deus salutis meę . per diem clamabi et nocte coram te.

Intret oratio mea in conspectu tuo . inclina aurem tuam ad precem meam domine.

Quia repleta est malis anima mea . et uita mea in infernum adpropriabit.

Extimatus sum cum descendentibus in lacum . factus sum sicut homo /sine adiutorio . inter mortuos liber. [f. 45.

Et sicut uulnerati dormientes proiecti in monumentis . quorum non est memoria amplius . equidem ipsi de manu tua expulsi sunt.

[1] Ps. lxxxvi] the title seems to be taken from the next psalm.
[2] Raab] gloss *meretrix fuit.* [3] Aethiopus] gloss *nigri in peccatis.*
[4] read *quia.*

Posuisti me in loco inferiori . in tenebris et umbra mortis.

In[1] me confirmata est iracundia tua . et omnes elationes[2] tuas super me induxisti.

Elongasti notos meos a me . posuisti me abominationem eis . traditus sum et non egrediebar.

Oculi mei infirmati[3] sunt pre inopia . clamabi ad te domine deus meus . tota die expandi manus meas ad te.

Numquid mortuis faciens† mirabilia ; aut medici resuscitabunt et confitebuntur tibi.

Numquid ęnarrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam ; aut /ueritatem tuam in perditione. [col. 2.

Numquid cognoscetur†[4] in tenebris mirabilia tua ; aut iustitiam†[5] tuam† in terra obliterata.

Et ego ad te domine clamabi . et mane oratio mea preuenit te.

Vt quid domine reppulisti orationem meam . auertisti faciem tuam a me.

Pauper sum ego . et in laboribus a iubentute mea . exaltatus autem et humiliatus sum . et confusus.

In me pertransierunt ire tuę . et terrores tui conturuaberunt me.

Circuierunt me sicut aqua tota dię . circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum . et notos meos pre miseria.

ORATIO. Inclina domine aurem tuam ad precem nostram . ut quicquid deliquimus indulgeas . et quicquid ad†[6] te rogamus /inpertias . ut iniquitates diluas . et opera que tibi placeant [f. 45.*b.* agenda concedas. Nosque a peccatis absolbas et ad cęlestia dona sustollas. Sicque et mortis semina diluas et incrementa ęterne uite adtribuas . amen.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Et ego ad te domine clamabi et mane oratio mea preueniat ad te.*

[ORATIO] Domine deus salutis nostre clamorem nostrum ad te per diem et per noctem porrectum dignanter intellege . et placabiliter accipe . ac sic oratio nostra conspectus tui audeat†[7] penetrabilia . ut inde misericordiam tuam pro peccaminum expiatione adducat . non nos tui conturbent terrores . sed pietas benigna de id quod trepidamus parcendo confortet. Vt matutine lucis in aduentu surgentes . misera/tionum nostrarum [col. 2. ornamenta clarificent . et diuinum iubar mentem nostram plenitudinem†[8] sui uigoris perlustret. pater.

[1] in me] gloss *super me*, so Vulg.
[2] elationes] gloss *fluctus tui*
[3] infirmati sunt] gloss *languerunt.*
[4] read *cognoscentur.*
[5] read *iustitia tua.*
[6] read *a.*
[7] read *adeat.*
[8] read *plenitudine.*

BENEDICTIO. Ex alto uos dominus . cum oraberitis exaudiat. Et aurem placidam uestra†[1] supplicationi inclinet. Regat mentes uestras consilio salutari . et animas uestras in temtatione non patiatur induci . amen.

LXXXVIII [PSALMVS].

INTELLECTVS ETHAN ISRAHELITE.

Misericordias tuas domine in eternum cantabo. in generatione et progenie pronuntiabo ueritatem tuam (in ore meo).[2]

Quoniam dixisti in ęternum/ misericordia edificabitur . [f. 46. in celis preparabitur ueritas tua.

Disposui testamentum electis meis . iurabi Dauid seruo meo.

Vsque in eternum preparabo semen tuum . et edificabo in generatione et progenie sedem tuam.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine . et ueritatem tuam in ęclesiis sanctorum.

Quoniam quis in nubibus equabitur domino . aut quis similis erit deo inter filios dei.

Deus qui glorificatur in concilio sanctorum . magnus et metuendus super omnes qui in circuitu eius sunt.

Domine deus uirtutum quis similis tibi . potens es domine et ueritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestatem maris . motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut uulne ratum superuum . et in [col. 2. uirtute bracii tui . dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt celi et tua est terra . orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti.

Aquilonem et mare tu creasti . Tabor et Ermon in nomine tuo exultabunt.

Tuum bracium cum potentia firmetur manus tua . et exaltetur dextera tua.

Iustitia et iudicium preparatio sedis tuę . misericordia et ueritas preibunt ante faciem tuam.

Beatus populus qui scit iubilationem . domine in lumine uultus tui ambulabunt . et in nomine tuo exultabunt tota die . et in tua iustitia exaltabuntur.

Quoniam gloria uirtu(tis)[3] eorum tu es . et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quoniam a domino est adsumtio . et a sancto Israhel [f. 46.*b*. regi nostro.

[1] read *uestrae*.
[2] in ore meo] apparently inserted.
[3] uirtutis] *tis* over erased.

Tunc loquutus es in aspectu[1] filiis tuis . et dixisti posui adiutorium super potentem . et exaltabi electum de populo meo.

(REPETITIO).[2] Inueni Dauid seruum meum . oleo sancto linui eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei . et bracium meum confortabit eum.

Nicil proficiet inimicus in eo . et filius iniquitatis non nocebit eum.

Et concidam inimicos eius a facie ipsius . et hodientes eum in fugam uertam.[3]

Et ueritas mea et misericordia mea cum ipso . et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manuum†[4] eius . et in fluminibus dextera†[5] eius.

Ypse inuocabit me pater meus es tu . deus meus (et)[6] susceptor salutis meę.

Et ego primogenitum ponam illum . excelsum pre regibus terre.

/REPETITIO. *In eternum seruabo illi misericordia†[7] [col. 2. mea† . et testamentum meum fidele ipsi.*

Et ponam in secula seculorum sedem eius . et tronum eius sicut dies celi.

Si dereliquerint filii eius legem meam . et in iudiciis meis non ambulaberint.

[8](Si iustificationes meas profanaberint . et mandata mea non custodierint.)[8]

Visitabo in uirga iniquitates eorum . et in flagellis peccata eorum.

Misericordia†[7] autem mea†[7] non auferam ab eis . neque nocebo eos in ueritate mea. Neque[9] profanabo testamentum meum . et que procedunt de labiis meis non faciam irritam.†[10]

Semel iurabi in sancto meo si Dauid mentiar . semen eius in ęternum manebit . et tronum eius sicut sol in conspectu meo.

Sicut luna perfecta in ęternum manebit . et testis in cęlo fidelis.

Tu autem reppulisti et sprebisti . distulisti christum tuum.

/Auertisti testamentum serui tui . profanasti in terra [f. 47. sanctitatem eius.

[1] aspectu] gloss *uisione*, so Vulg.
[2] REPETITIO] erased.
[3] uertam] gloss *conuertam*, so Vulg.
[4] read *manum*.
[5] read *dexteram*.
[6] et] interlined.
[7] read *misericordiam meam*.
[8] Si iustif...custodierint] this verse, originally omitted, is added in the margin by contemporary hand.
[9] Neque] rubricated capital though not a new line.
[10] read *irrita*.

Dextruxisti omnes macerias[1] eius. posuisti munitiones[2] eius in formidine.[3]

Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam. ( )[4] factus est in obprobium uicinis suis.

Exaltasti dexteram inimicorum eius. letificasti omnes inimicos eius

Auertisti adiutorium gladii eius. et non es auxiliatus ei in bello.

Dissolbisti eum ab emundatione. et semen eius in terra conlisisti.

Minorasti paulo minus dies sedis eius. perfudisti eum confusione.

Vsquequo deus irasceris in finem. an in finem exardescit uelut ignis ira tua.

Memorare que sit mea substantia. non enim uane constituisti filios hominum.

Quis est homo qui uiuat /et non uideat mortem. aut [col. 2. quis eruet animam suam de manu inferni.

Vbi sunt misericordie tuę antique domine. sicut iurasti Dauid in ueritate tua.

Memor esto opprobrii seruorum tuorum. quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobraberunt inimici tui domine. quod exprobraberunt in comutatione christi tui.

Benedictus dominus in ęternum. fiat fiat.

ORATIO. Misericordias tuas domine decantantes. et ueritatem tuam ęnuntiantes. ipsas†[5] regat misericordia qua†[5] canitur. et possideat ueritas. que profertur. bonorumque studiis deditos. tibi nos facias semper esse acceptos. amen.

ALIA ANTIPHONA. *In celis preparabitur ueritas tua domine.*

ORATIO. In celis gloria tua est domine in terris quesumus sit etiam /tua pax. ut cęlestia terrenis concordet†[6] et [f. 47.*b*. carnalia spiritualibus conueniat†[6]. Nosque non corporali affectione deditos sed mentis puritate effice conspicuos. Atque membrorum lassibos mortifica appetitos. ut tibi deseruiat totus homo per†[7] Christum tuum inuocatus. eterne beatitudinis sit paratus.†

ANTIPHONA. *In eternum seruabo illi misericordia† mea† et testamentum meum fidele ipsi.*

[1] macerias] gloss *sepes*, so Vulg.
[2] munitiones] gloss *firmamentum*, so Vulg.
[3] in formidine] gloss *in timore*.
[4] two letters erased.
[5] read *ipsos ... quae*.
[6] read *concordent, conueniant*.
[7] perh. *ac per Christum ... sis parator*.

ORATIO. Christe dei filius admirabilis cui nullus inter filios dei nec equalis extat nec similis. ad te dominum precem nostram dirigimus. ut misericordiam quam pollicitus es seruare sanctis. digneris participare conuersis. ac sic nos quesumus moderamine disciplina†[1] corrigas. ut pietatem in ira non auferas. /Nec [col. 2. profanetur testamentum tuum ob admissa facinora sed temperetur ultio miseratione superna. Et ipse totum quod displicet abluas. qui peccatores ad te reuertentes iustificando glorificas. quique nos uoluisti esse ex nicilo id quod sumus. ipse concede ut cęlestibus regniabti†[2] tecum sine fine uiuamus. amen.

LXXXVIIII [PSALMVS].

FINIT LIBER TERTIVS INCIPIT LIBER QVARTVS.

ORATIO MOYSI HOMINIS DEI.

Domine[3] refugium factus es nobis. a generatione in progenie. Priusquam fierent montes aut firmaretur orbis terre. a seculo et usque in seculum tu es.

Ne auertas hominem in humi/litatem. et dixisti [f. 48. conuertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies una. et sicut externa[4] dies que preteriit. et sicut custodia in nocte que pro nicilo habetur. ita erunt anni eorum.

Mane sicut erba transeat. mane floreat et pertranseat. uespere decidat induret et arescat.

Quoniam defecimus in ira tua. et in furore tuo con( ) turbati[5] sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculum nostrum. in inluminatione uultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt. et nos in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabantur. dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis.

Si autem in potentatibus octu/aginta anni( )[6]. et [col. 2. plurimum eorum labor et dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo super nos. et corripiemur.

Quis nobit potentiam ire tuę. aut pre timore iram tuam dinumerare.

Dexteram tuam domine notam fac nobis. et eruditos corde in sapientia.

[1] *disciplinae* Lor. [2] *regnis apti* Lor. al. *aucti* Bianch.
[3] Domine *etc.*] no neums, though no separate antiphon.
[4] externa] gloss *aliena*. The spelling of the text (for. *hesterna*) occurs also in the S. Germain MS. of the old Latin. [5] conturbati] erasure of one letter.
[6] anni] erasure of one letter.

Conuertere domine aliquantulum . et repropitiare super seruos tuos.

Satiati sumus mane misericordiam†[1] tuam† . exultabimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris.

Delectati sumus pro diebus quibus nos humiliasti . annis quibus uidimus mala.

Respice in seruos tuos et in opera tua domine . et dirige filios eorum.

Sit splendor domini dei nostri super nos . et op(era)[2] manuum (tua)rum[3] dirige in nos . et opus manuum nostrarum confirma.

ORATIO. Domine qui refugium factus es /nobis [f. 48.*b.* antequam montes fieret†[4] uel arida firmaretur . cum ista sis†[5] sine tempore conditor temporum . ut in natura tua nicil transtractum in preteritis nicilque nobum obueniat in futuris ; sed prescens sempiterna uirtus atque in die mutabilis bonitas perseueret ; qui prius homini prorogasti beniuolentiam quam humanam conderes creaturam . Respice in seruos tuos . et opera manuum nostrarum in conspectu tuo dirige placituram†[6] . et ut nos in salute pertraas ipse confirma.

ALIA ANTIPHONA. *Conuertere domine aliquantulum et repropitiare super seruos tuos.*

[ORATIO.] Conuertentes ad te domine potestatis tuę que ante secula et in seculum permanet . refugium postulamus ut quos in paruitate annorum nostrorum /opere male per [col. 2. pompam decipiunt . respiciente†[7] in nobis . et hic qualiter inmaculati cursum uite nostre impleamus dones auxilium . et illic in diem†[8] iudicii ut tibi placeamus remissionem tribuas peccatorum.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Sit splendor domini dei nostri super nos.*

[AD] CONPL[ETORI]A. Sit precamur domine splendor tuus rutilans super nos . ut nostram cecitatem inlumines . nosque a tenebris eruas . et ad te uerum lumen adtraas . ut splendore tuo caliginem nostram discutias . et claritatem tuo corusco quid†[9] uitiorum nubila tegit radio tui candoris omni squalore emundet. pater.

BENEDICTIO. Sit dominus uestris precibus pietate benignus. Det uobis que petitis uel quc petistis. Adtribuat ueniam cunctis et commoda prestet. amen.

[1] read *misericordia tua.*
[2] opera] erasure (of opus?)
[3] tuarum] erasure (of nostrarum?)
[4] read *fierent.*
[5] ista sis] perh. *existas.*
[6] read *placitura* (or *operam?*)
[7] read *respiciente te?* probably a verb is lost.
[8] read *die.*
[9] perh. *qui . . . emundes,* but I suspect greater corruption.

/XC [PSALMVS]. [f. 49.

LAVS CANTICI DAVID.

ANTIPHONA. *(In protectione dei celi commorarabitur† dicit deo susceptor meus es.)*[1]

Qui habitat in adiutorium altissimi . in protectione dei celi commorabitur.

Dicit domino susceptor meus es tu . et refugium (meum deus)[2] meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liuerabit me de laqueo uenantium . et a uerbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi . et sub pinnis eius sperabis.

Scuto circumdabit te ueritas eius . non timebis a timore nocturno.

A sagitta uolante per diem a negotio perambulante/in [col. 2. tenebris . a ruina et demonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille . et decem milia a dextris tuis . tibi autem non adpropriabit†.

Verumtamen oculis tuis considerabis . et retributionem peccatorum uidebis.

Quoniam tu es domine spes mea . altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedent ad te mala . et flagellum non adpropriabit† tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandabit de te . ut custodiant te in omnibus uiis tuis.

In manibus portabunt te . ne umquam offendas a(d)[3] lapide pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis . et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me sperabit liberabo eum . protegam eum quia /cognobit nomen meum. [f. 49.*b*.

Inuocabit me et ego exaudiam eum . cum ipso sum in tribulatione . eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum adimplebo eum . et hostendam illi salutarem meum.

ORATIO. In protectione tua domine commoratur . qui fide catholica decoratur. Nec susurrationibus hereticorum circumuenitur . qui doctrinis apostolorum eruditur. Tribue ergo nobis rogamus ut ea corde meditemur et hactu operemur . que et fidei augeat†[4] robur . et resurrectio†[5] nostra† tuumque iudicium sine confusione experiamur. amen.

[1] In protectione *etc.*] the antiphon is apparently on an erasure.
[2] meum deus] inserted.
[3] ad] *d* inserted.
[4] read *augeant*.
[5] perh. *resurrectionem nostram*.

XCI [PSALMVS].

PSALMVS CANTICI DIE SABBATO.

Bonum est confiteri domino et psallere /nomini tuo [col. 2. altissime.

Ad annuntiandam mane misericordiam tuam. et ueritatem tuam per nocte.†

In decacordo[1] psalterio. cum cantico et cithara.

Quia delectasti me domine in factura tua. et in operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua domine. nimis profunde facte sunt cogitationes tue.

Vir insipiens non cognoscet. et stultus non intelleget ea.

Quum exurentur peccatores sicut fenum ( )[2] et prescrutati sunt omnes qui operantur iniquitatem ut intereant[3] in seculum seculi. (T)u[4] autem altissimus. in eternum es domine.

Quoniam ecce inimici tui domine peribunt. et dispargentur omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut uni/cornis cornum† meum. et [f. 50. senectus mea in misericordia uberi.

Et respexit oculus tuus inimicos meos. et insurgentes in me malignantes audibit auris tua.

Justus ut palma florebit. et sicut cedrus que est in Libano multiplicabitur.

Plantati in domo domini. in atriis domus dei nostri florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi. et bene patientes erunt.

Vt annuntient quoniam iustus dominus deus noster. et non est iniquitas in eo.

[ORATIO]. Bonum est nos tibi domine confiteri tuoque altissimo nomini psallere. ut nos et confessio a periculis eruat. et psallendi industria coram te gratione†[5] exibeat. amen.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Ad annuntiandam mane misericordiam et ueritatem tuam per nocte.†*

/[ORATIO]. Annuntiamus domine misericordiam [col. 2. tuam. quam etiam iam susceptam per fidem expectamus in nobis perficiendam esse in resurrectione. sic corde credimus. sic eloquio prenuntiamus. largire quesumus magis hunc affectum et

[1] decacordo] a gloss on this word is lost.
[2] *after* fenum] erasure of three or four letters.
[3] intereant] illegible gloss.
[4] rubric initial inserted and no new line.
[5] read *graticre*.

populo tuo intellectum . per quod tibi exibeat acceptabile obsequium. pater.

BENEDICTIO. Benedicat uobis dominus . et custodiat uos . ostendat dominus faciem suam uobis . et misereatur uestri . conuertat dominus uultum suum ad uos . et det uobis salutem et pacem. amen.

XCII [PSALMVS].

LAVS CANTICI DAVID IN DIE SABBATI QVANDO FVNDATA EST TERRA.

ANTIPHONA. *Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus.*

Dominus regnabit . decorem induit.
Induit dominus fortitudinem . et precinxit se uirtutem.
Etenim firmabit orbem terre . /que non commobebitur. [f. 50.*b*.
Parata sedis tua deus extunc . et a seculo tu es.
Eleuaberunt flumina domine . eleuaberunt flumina uoces suas.
Tollant flumina altitudines suas . a uocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris . mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua domine . credibilia facta sunt nimis.
Domum tuam decet sanctitas . domine in longitudine dierum.

ORATIO. Domine qui semper regnas decore clementię . et uirtute iustitię . sicque et fortitudine inextimabilis . et piętate mirabilis esse cognosceris . quesumus misericordiam tuam . ut auferas iniquitatem nostram . Et hostende potentiam ut nos ab omni turbine seculi eruas . atque ad ęternam /tranquilli- [col. 2.
tatem perducas.

XCIII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID QVARTA SABBATI.

ANTIPHONA. *Non repellet dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet.*

Deus ultionum dominus . deus ultionum liber egit.
Exaltare qui iudicas terram . redde retributionem superbis.
Quousque peccatores domine . usquequo peccatores gloriabuntur.
Pronuntiabunt et loquentur iniquitatem . loquentur omnes qui operantur iniustitiam.

Populum tuum domine humiliaberunt . et hereditatem tuam uexaberunt.

Viduam et aduenam interfecerunt . et pupillos occiderunt . (E)t[1] dixerunt non uidebit dominus . nec inetelleget† hec deus Iacob.

Intelligite nunc insipientes in populo . et stulti aliquando sapite.

/Qui plantabit aurem non audiet . aut qui finxit[2] [f. 51. oculum non considerat.

Qui corripit gentes non arguet . qui docet hominem scientiam.

Dominus scit cogitationes hominum . quoniam uane sunt.

Beatus homo quem tu erudieris domine . et de lege tua docueris eum.

Vt mitiges[3] eum a diebus malis . donec fodiatur peccatori fobeam.†

Quoniam non repellet dominus plebem suam . et hereditatem suam non derelinquet.

Quousque iustitia conuertatur in iudicio . et tenent eam omnes qui recto sunt corde.

Qui resistet mici aduersus malignantes . aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem.

Nisi dominus adiubisset me . paulo minus hauitaberat /in inferno anima mea. [col. 2.

Si dicebam motus est pes meus . misericordia tua domine adiubisset me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo . exortationes tuę delectaberunt animam meam.

Numquid aderebit tibi sedis iniquitatis . qui fingis dolorem in precepto.

Captabunt[4] animam iusti . et sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mici dominus in refugium . et deus meus in auxilium spei meę.

Et reddet illis iniquitates ipsorum . et in malitia eorum disperdet eos dominus deus noster.

ORATIO. Non repellas domine plebem tuam quam potentiam†[5] tuam† creasti . que te et creatorem fatetur et redemtorem ueneratur. Quicquid neclegentia subrepente deliquid tu indulge . et hostendas misericordiam tuam et non derelinquas hereditatem tuam. amen.

[1] Et] the rubricated letter is an alteration.
[2] finxit] gloss *simulauit ?*
[3] mitiges] gloss *tempares uel mansuescas.*
[4] captabunt] gloss *capient uel assument.*
[5] read *potentia tua.*

/ANTIPHONA. Factus[1] est mici deus in refugium et [f. 51.*b.*
dominus meus in auxilium spei mei. *Versvs*. Quousque.

ALIA [ORATIO]. Beati sunt quos tu eris†[2] domine. et quos de lege tua ipse docueris. ut aduersa mundi patienter ferant. donec peccatori fobea fodiatur. quoadusque iustitia que†[3] nunc sanctos malorum inprobitatibus erudis conuertantur†[4] in iudicio. in quo singulos secundum opera sua reddas. tu es enim qui non repellis in tribulatione plebem tuam. nec in pressuris hereditatem propriam derelinques. qui electos tuos in temtatione glorificas et in remuneratione (coron)as.[5]

XCIIII [PSALMVS].

PSALMVS CANTICI DAVID.

ANTIPHONA. *Preoccupemus faciem dei in confessione et in psalmis iubilemus ei.*

Venite exultemus in domino. iubilemus /deo saluatori [col. 2.
nostro.

Preoccupemus[6] faciem eius in confessione. et in psalmis iubilemus ei.

Quoniam deus magnus dominus. rex magnus super omnem terram.

Quoniam non repellet dominus plebem suam. quia in manu eius sunt omnes fines terre. et altitudines montium ipse conspicit.

Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud. et arida†[7] manus eius fundaberunt.

Venite adoremus et procidamus[8] ante deum. et ploremus coram domin(o)[9] qui fecit nos.

Quoniam ipse est dominus deus noster. nos autem populus eius et oues gregis eius.

Odie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra. sicut in exacerbatione. secundum diem temtationis in deserto.

Vbi temtaberunt me patres uestri. prouaberunt et uiderunt /opera mea. [f. 52.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic. et dixi semper errant corde.

[1] Factus est *etc.*] the neums not inserted.
[2] eris] read *erudieris*.
[3] read *qua ?*
[4] read *conuertatur*.
[5] coronas] on erasure (*glorificas ?*)
[6] Preoccupemus] gloss *preueniamus uel anticipemus*.
[7] arida] gloss *terra sicca*, read aridam.
[8] procidamus] gloss [*pro*]*cul cadere*.
[9] dno] *o* on erasure.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Propter quod hodio habui hanc generationem . et ipsi non cognoberunt uias meas.

Quibus iurabi in ira mea . si introibunt in requiem meam.

ORATIO. Preoccupantes faciem tuam domine et in confessione . et in psalmis tibi deuita modulatione iubilantes adoramus ac procedimus†[1] ante te ploratu et gemitu inter nos†[2] deprecantes . ut quia tu fecisti nos et tu es deus noster . nos populum tuum pius dominus protegas . et oues pascue tuę . pastor sollicitus custodias . tribuasque his gratiam . pro quibus posuisti animam tuam.

XCV [PSALMVS].

CANTICVM IPSI DAVID SERMONES QVOS LOQVVTVS EST QVANDO /DOMVS EDIFICABATVR POST CAPTIVITATEM. [col. 2.

ANTIPHONA. *Bene nuntiate de die in die† salutare domini.*

Cantate domino canticum nobum . cantate domino omnis terra.

Cantate domino et benedicite nomini eius . bene nuntiate de die in (diem)[3] salutare eius.

Annuntiate inter gentes opera eius . in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis . terribilis super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium demonia . dominus (uero)[4] celos fecit.

Confessio et species in conspectu eius . sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte domino patrie gentium afferte domino gloriam et honorem . afferte domino gloriam nomini eius.

/Tollite hostias et introite in atria[5] eius . adorate [f. 52.*b*. dominum in aula sancta eius.

Commobeatur a facie eius . uniuersa terra.

Dicite in nationibus dominus regnabit a ligno . etenim correxit orbem terre qui non commobebitur.

Judicabit populos cum iustitia . et gentes in ira sua.

Letentur celi et exultet terra . mobeatur mare et plenitudo eius.

Gaudebunt campi et omnia que in ei†[6] sunt . tunc exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem domini quoniam uenit . quoniam ueniet iudicare terram.

[1] read *procidimus* with Lor.
[2] read *interno* with Lor.
[3] diem] interlined.
[4] uero] on erasure.
[5] atria] gloss *palatia*.
[6] read *eis*.

Yudicabit orbem terre in ęquitate[1] . et populos in ueritate sua.

ORATIO. Cantet tibi domine nobum canticum numerositas /populorum quia in redemtionis nostre opera . noba [col. 2. fecisti miracula . nobum sumens[2] ortum ex uirgine . quod tamen deitati non erat nobum . sed nobis est insolitum monstratum miraculum. Nobum in generatione misterium . in quo totum innobas mundum. Noba genera uirtutum . in curatione egrotum.†[3] Nobum humilitatis hac[4] patientie motum†[5] in superuia persequentium. Nobum stupendumque genus uirtutis in gloria resurgentis . noba humanis uisibus tue hostenditur magestatis potestas . cum uerum hominem ad celorum sublimitatem deportas. Concede ut pro quibus tam noba miracula gloriosus opifex indidisti . hos et uesti/giorum tuorum sequaces et [f. 53. gloria†[6] facies† quoheredes. Atque melodia carminis nobi . inter sanctorum fragores etiam nostras uoces admiseas†[7] prestrepentes.

XCVI [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID QVANDO TERRA ILLIVS CONSTABILITA EST.

Dominus regnabit exultet terra . letentur insule multe.
Nubes et caligo[8] in circuitu eius . iustitia et iudicium correctio sedis eius.

Ygnis ante eum precedet . et inflammabit in circuitu inimicos eius.

Inluxerunt fulgura eius orbis terre . uidit et commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie domini : a facie dei tremuit omnis terra.

/Annuntiaberunt celi iustitiam eius . et uiderunt omnes [col. 2. populi gloriam eius.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia[9] . et qui gloriantur in simulac(ris suis).[10]

Adorate dominum . omnes angeli eius.

Audibit et letata est Syon . et exultaberunt filie Iude . propter iudicia tua domine.

Quoniam tu es deus altissimus super omnem terram . nimis exaltatus super omnes deos.

[1] aequitate] gloss *iusticia*.
[2] sumens] possibly Lorenzana's reading *lumen* is correct.
[3] read *aegrorum* or *aegrotantium*.
[4] hac] sc. *ac*.
[5] motum] read *modum*.
[6] read *gloriae facias*.
[7] read *admisceas*.
[8] caligo] gloss *obscuritas uel densitas*.
[9] sculptilia] gloss *imagines*.
[10] simulacris suis] on erasure ?

Qui diligitis dominum (h)odite[1] malum . custodit dominus animas seruorum suorum . de manu peccatoris liuerabit eos.

Lux orta est iustis . et rectis corde letitia.

Letamini iusti in domino . et confitemini memorie sanctitatis eius.

ORATIO. Domine cuius in regno credentium terra exultat ; cuius iustitiam celi annuntiant . /cuius dominationem [f. 53.*b*. angelorum legiones adorant custodi seruorum tuorum animas . ac ne peccati auctorem sequentes intereamur†[2] tu libera . tu protege . tu conserua . ut quum ante faciem tuam ignis comburens proyerit . non nos meritorum pena exurendos accipiat . sed clementia creatoris ut uiuamus eripiat . amen.

XCVII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Notum fecit dominus salutare suum ante conspectu† gentium reuelabit iustitiam suam.*

Cantate domino canticum nobum . quia mirabilia fecit dominus. Saluabit ei dextera eius . et bracium sanctum eius.

Notum fecit dominus salutare suum . ante conspectu†[3] gentium . reuelabit iustitiam suam.

/Memor fuit misericordię sue Iacob . et ueritatis sue [col. 2. domu(i Isra)hel.[4]

Viderunt omnes fines terre . salutare dei nostri.

Iubilate deo (omnis terra)[5] . cantate et exultate et psallite.[6]

Psallite deo nostro in cithara . in cithara et uoce psalmi.

In tubis abietum[7] et uoce tube cornee . iubilate in conspectu regis domino.

Commobeatur mare et plenitudo eius . orbis terrarum et uniuersi qui habitant in ea.

Flumina plaudent . manibus in idipsum.

(m)ontes[8] exultaberunt ante faciem domini . quoniam uenit quoniam ueniet iudicare terram.

Yudicabit orbem terre in ęquitate . et populos in ueritate sua.

ORATIO. Notum fecisti domine Christum tuum /in [f. 54. conspectu gentium ut crederent in eum teque cum eo unum deum agnoscerent . atque adorantes laudarent . sit igitur in cunctis precamur fides recta . nec sit in aliquo fidelitas peruersa . sit operatio iusta . et perseueret in hactu uolumtas promta.

[1] odite] *h* erased.
[2] read *intereamus*.
[3] read *conspectum*.
[4] domui Israhel] on erasure.
[5] omnis terra] on erasure.
[6] psallite] gloss *cantate*.
[7] abietum] gloss *arbore*.
[8] montes] rubricated initial erased.

Nosque et fide sincera decora.et facta per qua†[1] non confundamur tribue digna.

XCVIII [PSALMVS].

Psalmvs ipsi david.

Antiphona. *Dominus in Sion magnus et excelsus super omnes populos.*

Dominus regnabit irascuntur populi . qui sedes super cerubin mobeatur terra.

Dominus in Syon magnus . et excelsus super omnes populos.

Confiteantur omnis nomini tuo magno (et)[2] terribili . quia sanctu(s)[3] est et honor regis iudicium diligit.

/Tu parasti equitatem . iustitiam et iudicium in Iacob [col. 2. tu fecisti.

Exaltate dominum deum nostrum . et adorate scabellum[4] pedum eius quoniam sanctus est.

Moyses et Aaron in sacerdotibus eius.et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.

Inuocabant dominum et ipse exaudiebat eos . et in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius.et precepta eius que dederat illis.

Domine deus noster tu exaudiebas eos.deus tu propitius fuisti illis . et uindicans in omnia studia eorum.

Exaltate dominum deum nostrum et adorate in monte sancto eius . quoniam sanctus est dominus deus noster.

Oratio. Redemtor noster qui supra omnem multitudinem excelsus.in Syon dinosceris magnus.credulitatem ęcclesie tuę in te amplius perfice.et populos /in eius sinceritate fac [f. 54.*b*. quoalescere.ut nomini tuo quod magnum est confitentes ac regie glorie honorem tibi fidei seruientes†[5] . tu nos miseratus de excelsis prospice . et ab hac humilitate terrarum . in mansionibus conmuta celorum.

Alia antiphona. *Inuocabant dominum et ipse exaudiebat eos et in columna nubis loquebatur ad eos.*

Oratio. Domine qui magnus es.et in columna nubis Moysi et Aaron loquebaris ; quum ab eis inuocaberis†[6] . rogamus

[1] read *quae*.
[2] et] interlined.
[3] sanctus] altered, in red ink, from *sanctum*.
[4] scabellum] gloss *pianta pedis*.
[5] *fidei seruitute offerentes* Lor., but as the anacoluthon remains there is perhaps a further corruption.
[6] read *inuocabaris*.

ut corde†[1] nostro propitius adesse digneris. petitiones inspira iustas. quas perficias effusas. Vt†[2] qui inmutabilis es. nec personarum acceptor es. sic nos placari†[3] precantibus sicut illis preeras orantibus. amen.

XCVIIII [PSALMVS].

Psalmvs in confessione.

Iubilate deo omnis terra. seruite domino in letitia. [col. 2.
Intrate in conspectu eius. in exultatione.

Scitote quod dominus ipse est deus. ipse fecit nos et non ipsi nos.

Nos autem populus eius. et oues pascue eius.

Intrate portas eius in confessione. et atria[4] eius in ymnis confessionum.

Laudate nomen eius quoniam suabis est dominus. in ęternum misericordia eius et usque in seculum seculi ueritas eius.

Oratio. Seruientes tibi domine in letitia atriarum† tuarum mereamur adire penetralia. ut per portam uite intrantes. ymnum confessionis laudatione deuita offeramus. ibique gloriam tuam tripudiantes†[5] animos† contemplemur. quosque a seculo /redemit ueritas manifesta in eternum conserbet [f. 55. misericordia incorrupta.

C [PSALMVS].

Psalmvs ipsi david.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. psallam et intellegam in uia inmaculata quando uenies ad me.

Perambulabam in innocentiam† cordis mei. in medio domus tuę.

Non preponebam ante oculos meos hactos†[6] malignos. facientes preuaricationes odiui et non adesit[7] mici cor prabum.[8]

Declinantes a me malignos non agnoscebam. detraentes aduersus proximum suum. occulte eum persequebar.

Superuo oculo et insa(tia)bili[9] /corde. cum eo simul [col. 2. non ędebam.

Oculi mei ad fideles terre. ut sedeant hii mecum.

Ambulans in uia inmaculata. hic mici deseruiebat.

[1] read *cordi*.
[2] read *Et*.
[3] read *placare*.
[4] atria] gloss *palatia*.
[5] read *tripudiante animo*.
[6] hactos] read *actus*. The reading seems peculiar to this MS.
[7] adhaesit] gloss *accessit*.
[8] prabum] gloss *iniquum uel m...*
[9] insatiabili] *tia* inserted.

Non hauitabit in medio domus mee qui facit superuiam . qui loquitur iniqua non dilexi in conspectu oculorum meorum.

In matutinis interficiebam omnes peccatores terre . ut disperdam de ciuitate domini . omnes qui operantur iniquitatem.

ORATIO. Misericordiam tuam et iudicium domine . prout oportet ordinate dispensas . quia et pietas iustitiam retinet . et iustitia pietatem conserbat. Rogamus ut nos per tuam misericordiam ad te conuertas . per quam iudicium uenturum non formidemus puniendi sed prestolemur seruandi.

ALIA [AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *In matutinis domine interfice omnia peccata nostra.*

[ORATIO]. Dona nobis domine deus noster innocen- [f. 55.*b*.
tiam cordis nostri . ut in medio domus tuę ambulantes nullam rem malam coram te oculis nostris proponamus . sed in lege tua tamquam in uia inreprehensibile gradientes tibi ministrare possimus. In matutinis omnes peccatores terre interfecti dispereant . ne†[1] mala persuasione . te inluminante nostris in consensibus conualescat†[1] . ut exclusis iniquitatibus uniuersis mentis nostra[2] ciuitas regi Christo sit peruiam†[2] . cuius sacramentis instructa cuius munimine solidata . cuius sanguine cognoscitur adquisita. Sit habitaculis†[3] cum erit inmortalis coniunctione perhennis . pater.

BENEDICTIO. Omnipotens dominus studium sue dilectionis in uobis operetur. /sensusque uestros sibi in ueritate [col. 2.
iubet†[4] aderere . ut remota a uobis omne labe uitiorum sanctarum suarum uobis tribuat incrementa uirtutum . amen.

CI [PSALMVS].

ORATIO PAVPERI QVVM ANXIATVS FVERIT . ET IN CONSPECTV DOMINI EFFVDERIT ORATIONEM SVAM.

ANTIPHONA. *In quacumque die inuocabero te uelociter exaudi me domine deus meus.*

Domine exaudi orationem meam . et clamor meus ad te perueniat.

Non auertas faciem tuam a me . in quacumque die tribulor.

Inclina ad me aurem tuam . in quacumque die inuocabero te uelociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei . et ossa mea sicut
in frixorio confrixa sunt. [f. 56.

[1–1] ne mala . . . conualescat] I am at a loss to interpret this.
[2] read *nostrae...peruia.* [3] corrupt? [4] read *ubeat.*

Percussus sum sicut fenum et aruit cor meum . quia oblitus sum manducare panem meum.

A uoce gemitus mei adeserunt[1] ossa mea . carni mee.

Similis factus sum pellicano in solitudine . factus sum sicut nocticorax[2] in domicilio.

Vigilabi . et factus sum sicut passer unicus in edificio.

Tota die exprobrabant me inimici mei . et qui me laudabant aduersum me iurabant.

Quia cinerem sicut panem manducabam . et potum meum cum fletum†[3] miscebam.

A facie ire tue et indignationis tuę . quia lebasti ( )[4] et allisisti me.

Dies mei sicut umbra preterierunt . et ego sicut fenum arui.

Tu autem domine in ęternum permanes . et memoriale tuum in seculum seculi.

REPETITIO. Tu exurgens misereberis Syon . /quia uenit [col. 2. tempus miserendi eius.

Quia bene placitum habuerunt serui tui lapides eius . et terre eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine . et omnes reges terre gloriam tuam.

Quia edificabit dominus Syon . et uidebitur in magestate sua.

Et respexit in orationes pauperum . et non sprebit preces eorum.

Scribatur hoc in seculum alterum . et populus qui nascetur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo . dominus de celo in terra† prospexit.

Ut audiret gemitus uinculatorum[5] . et soluat filios interemtorum.[6]

Vt annuntietur in Syon nomen domini . et laus eius in Iherusalem.

In conueniendo populos in unum . et regna ut seruiant domino.

Et respondit ei in uia uirtutis suę . paucitatem dierum meorum /enuntia mici. [f. 56.*b*.

Et ne reuoces me in dimidio dierum meorum . in secula seculorum anni tui.

In i( )tio[7] terra† tu fundasti domine . et opera manuum tuarum sunt celi.

[1] adhaeserunt] gloss *accesserunt*.
[2] nocticorax] gloss *noctua*.
[3] read *fletu*.
[4] erasure of two letters.
[5] uinculatorum] gloss *ligatorum uel compeditorum*. The latter is the Vulg. reading
[6] interemptorum] gloss *mortuorum*.
[7] initio] two letters erased.

Ipsi peribunt tu autem permanes . et omnia sicut uestimentum ueterescent . et sicut operturium[1] mutabis ea et mutabuntur.

Tu autem idem ipse es . et anni tui non deficient.

Filii seruorum tuorum inhauitabunt ibi . et semen eorum in seculum seculi dirigetur.

ORATIO. In omni die et in omni tempore in omni momento et loco exaudi nos domine . quoniam ut fumus defecit . sic curricula dierum nostrorum pretereunt . et uelut umbra transeunt atque ut fenum corpus nostrum arescit . ne quesumus obli/biscaris [col. 2. orationem nostram quam ad te fides depromat†[2]. spes multiplicat . dilectio offerre non desinat.†[2] Tribue igitur quod postulamus ne in ęternum pereamus . sed in te qui redemtio nostra es concede ut in perpetua exultatione gaudeamus.

ALIA ANTIPHONA. *Timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam.*

[ORATIO]. Domine qui socia tibi potentia magestate†[3] in initio terrarum potenter fundasti; qui ex limosi pulberis massam†[4] hominis condidisti . da nobis sanctimoniam illius puritatis quam in exordio in Adam prius quam preuaricaretur creasti . atque aditum paradisi quod obserabit transgressio precepti . ad reditum nostrum reseret uictoria Christi. Vt ubi†[5] potemus illius fontis /plenitudinem . cuius ex utero quattuor productis [f. 57. fluminibus mundum omne†[6] inrigas rore doctrine. Ibique sumamus uite lignum . ubi transgressor incurrit mortis dispendium. Nec bonorum hactuum ueste nudati abscondamur sub arbore . sed induti indumento glorie . sine mortis discrimine uocem tuam mereamur audire.

CII [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

ANTIPHONA. *Miserator et misericors dominus non in finem irascetur neque in eternum indignabitur.*

Benedic anima mea domino . et omnia interiora mea nomini sancto eius.

Benedic anima mea domino . et noli oblibisci omnes retributiones eius.

Qui propitius fit cunctis ¸iniquitatibus tuis . qui sanat [col. 2. omnes langores tuos.

Qui redimit de interitu uitam tuam . qui satiat in bonis desiderium tuum.

[1] opertorium] gloss *operire*.
[2] read *depromit...desinit*.
[3] read *maiestatem*?
[4] read *massa homines*?
[5] read *ibi*.
[6] read *omnem*?

Qui coronat te in miseratione et misericordia. renouabitur sicut aquila iubentus tua.

Faciens misericordias dominus. et iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit uias suas Moysi. filii†[1] Israhel uolumtates suas.

Miserator et misericors dominus. patiens et multum misericors.

Non in finem[2] irascetur. neque in ęternum indignabitur.[3]

Non secundum peccata nostra fecit nobis. neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quia secundum altitudinem cęli a terra. confirmabit misericordiam suam super timentes eum.

Quantum distat oriens ab occasu. elongabit a nobis iniquitates nostras.

Sicut pater miseretur filiorum. sic misertus est [f. 57.*b*. dominus timentibus eum. quia ipse scit figmentum nostrum.

Memento domine quod terra sumus. homo sicut fenum dies eius. et sicut flos feni ita aruit.[4]

Quia spiritus pertransibit ab eo. et non erit et non agnoscet amplius locum suum.

Misericordia autem domini a seculo est. et usque in seculum seculi super timentes eum; (E)t[5] iustitia eius super filios filiorum custodientibus testamentum eius; E(t)[5] memoria tenentibus mandata eius ut faciant ea.

Dominus in cęlo parabit sedem suam. et regnum eius omnium dominabitur.

Benedicite domino omnes angeli eius. potentes uirtutes eius. qui facitis uerbum eius obedire uocem sermonum eius.

Benedicite domino omnes uirtutes eius. ministri eius qui facitis uoluntate(s)[6] eius.

Benedicite domino omnia opera eius. in omni loco [col. 2. dominationes eius. benedic anima mea domino.

Oratio. Miserator et misericors domine qui magis salutem obtas peccatores†[7] quam expectas interitum; et delectaris penitentiam†[8] potius ut proroges misericordiam quam iudicium inferas pęnam†[9]. sit quesumus erga nos tua potentia ut inpertias correctionem et tribuas indulgentiam. concede necessariam morum emendationem. et clemens largiaris gaudium sempiternum.

Alia antiphona. *Sicut pater miseretur filiis ita misertus est deus timentibus eum.*

[1] read *filiis*.
[2] in finem] gloss *in perpetuum*, so Vulg.
[3] indignabitur] gloss *comminabitur*, so Vulg.
[4] aruit] gloss *arescit*.
[5–5] Et . . . Et] rubricated letters on erasure.
[6] uoluntates] *s* on erasure.
[7] read *peccatoris*.
[8] read *paenitentia*.
[9] read *poena*.

[ORATIO]. Domine deus omnipotens qui figmentum nostrum solus ipse cognoscis qui solus que uolueris disponis et perficis. perfice in nobis tibi placitam sanctimoniam. que tuam pro peccato exoret clementiam. cunctis igitur /iniquitatibus nostris [f. 58. propitiare nostrorumque corporum sana lagores.†[1] Et sicut pater miseretur filiis. ita peccatoribus nobis propitius miserere. uiamque nostram de interitu redime et ad te aditum pande. atque animas nostras sorte beatitudinis erige. Vt nominis tui magnitudo interioris hominis deuotione laudetur. cuius intima sancti spiritus lumine perlustratur.†[2]

CIII [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

ANTIPHONA. *Confessionem et decorem induisti amicta luce sicut uestimento.*

Benedic anima mea domino. domine deus meus magnificatus es ueementer.

Confessionem et decorem induisti. amictus lu(ce)[3] sicut uestimento.

Extendens celum sicut pellem. qui tegit in aquis /su- [col. 2. periora eius.

Qui ponit nubem ascensum suum. qui ambulat super pinna(s)[4] uentorum.

Qui facit angelos suos spiritus. et ministros suos ignem urentem.

Qui fundabit terram super stabilitatem eius. non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut palleum. amictus eius super montes stabunt aquę.

Ab increpatione tua fugient. a uoce tonitrui tui formidabunt.

Ascendunt montes et descendunt campi. in locum quem fudasti†[5] eis.

Terminum posuisti eis quem non transgredientur. neque conuertentur operire terram.

Qui emittit fontes in conuallibus. inter medium montium pertransibunt aquę.

Potabuntur†[6] omnes bestie siluarum. expectabunt onagri sitim suam.

Super eam uolucres celi inhauitabunt. de medio petrarum dabunt uoces suas.

[1] lagores] read *languores*.
[2] read *perlustrantur*.
[3] luce] on a somewhat longer erasure.
[4] pinnas] *s* on erasure.
[5] read *fundasti*.
[6] read *potabunt*.

Rigans montes de superioribus tuis. de fructu [f. 58.*b*.
operum tuorum satiabitur terra.

Producens fenum pecoribus. et erbam seruituti hominum.

Vt educat panem de terra. et uinum letificet cor hominis.

Vt exilaret faciem in oleo. et panis cor hominis confirmet.

Satiabuntur omnia ligna siluarum. et cedros†[1] Libani quos†[2] plantasti.

Illic passeres nidificabunt. fulices domus dux eorum.

Montes excelsi cerbis. petre refugium arenacis.

REPETITIO. Fecit lunam in tempora. sol agnobit occasum suum.

(p)osuisti[3] tenebras et facta est nox. in ipsa pertransibunt omnes bestie siluarum.

Catuli leonum rugientes ut rapiant. et querant a deo escam sibi.

Ortus est (sol)[4] et congregati sunt. et in cubilibus suis [col. 2.
se conlocaberunt.

Exiet homo ad opus suum. et ad operationem suam usque ad uesperum.

Quam magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti. repleta est terra creatura tua.

Hoc mare magnum et spatiosum. illic reptilia quorum non est numerus animalia pusilla et magna.

Illic nabes pertransibunt. draco iste quem confirmasti ad inludendem ei(s).[5]

Omnia a te expectant domine. et tu das escam illis in tempore oportuno.

Dante†[6] illis colligent. aperiente autem te manum tuam. omnia replebuntur ubertate.

Auertente autem te faciem tuam. turuabuntur.

Aufers spiritum eorum et deficient. et in terram suam reuertentur[7]/.....

* * * * * *

[CIIII PSALMVS].

...../suos prudentiam doceret. [f. 59.

REPETITIO. Et intrabit Israhel in Egyptum. et Iacob hauitabit in terra Cham.

Et auxit populum suum nimis. et confortabit eum super inimicos eius.

[1] read *cedri*. unless the accusative remains from a reading which had an active verb in place of Satiabuntur.
[2] read *quas*.
[3] posuisti] *p* on erased rubricated letter.
[4] sol] interlined.
[5] eis] the *s* is probably an insertion.
[6] read *dame te*.
[7] one folio containing ps. ciii. 20–ps. civ. 22 is wanting.

Conuertit cor eorum ut hodirent populum eius . et dolum facerent in seruos eius.

Misit Moysen serbum suum . et Aaron quem elegit ipsum.

Posuit in eis uerba signorum suorum . et prodigi( )orum[1] in terra Cam.

Misit tenebras et obscurabit eos . et exacerbauerunt uerbum eius.

Conuertit aquas eorum in sanguine†[2] . et occidit pisces eorum.

Misit terra eorum ranas in cubilibus eorum . et regum ipsorum.

Dixit et uenit cinomia . et sinifes in omnibus finibus eorum.

Posuit plubias eorum in grandine†[3] . ignem conburentem in terra ipsorum.

Et percussit uineas eorum /et ficulneas eorum . et con- [col. 2. tribit omne lignum finium eorum.

Dixit et uenit lucusta et brucus . cui non erat numerus.

Et manducabit omne fenum terre eorum . et omne†[4] fructum terre ipsorum.

Et percussit omne primogenitum in terra Egypti . primitias omnis laboris eorum.

Et ęduxit eos in argento et auro . et non erat in tribus†[5] eorum infirmus.

Letatus est Egyptus in profectione eorum . quia cecidit timor eorum super eos.

Expandit nubem in protectione†[6] eorum . et ignem ut luceret eis per noctem.

Petierunt carnes et uenit cuturnix . et panem†[7] celi saturabit eos.

Disrupit petram et fluxerunt aquę . et habierunt in sicco flumina.

/Quia memor fuit uerbi sancti sui . quod loquutum†[8] [f. 59.*b*. est ad Abraham puerum suum.

Et ędux(it)[9] populum suum in exultatione . et ęlectos suos in letitia.

Et dedit eis regiones gentium . et ciuitates populorum possidebunt.

Vt custodiant iustificationes domini . et legem eius exquirant.

[1] erasure, probably originally *prodigia eorum*.
[2] read *sanguinem*.
[3] read *grandinem*.
[4] read *omnem*.
[5] read *tribubus*.
[6] read *protectionem*.
[7] read *pane*.
[8] read *loquutus*.
[9] eduxit] *it* on erasure.

ORATIO. Confitemur nomini tuo domine quem querimus. tu orationi nostre obtentu†[1] prebe. pro quibus te deprecamus.†[2] Facias mundos. et uolumtatis tuę splendidos.†[3] Tuoque in nomine sancto letemur. atque in sanctitatis tuę plenitudine iucundemur. Verbumque tuum in mille generationes mandatum. quod Abrahe dispositum. Ysaac pollicitum iuramentum†[4] et Israhel ęterno est in testa|mento firmamentum†[5]. uerbi [col. 2. ipsius soliditate nos protege. et ad placendum tibi doctrinis spiritualibus perfice. Vt funiculum hereditatis tuę quem ęmisti de seculo. heredites ęterno mansuros in regno. amen.[6]

ANTIPHONA. *Querite dominum et confortamini querite faciem eius semper.*

ALIA [ORATIO]. Querentibus te domine tribue fortitudinem. et querendi te iugiter infunde( )[7] sanctum amorem. Vt qui tuam desiderant cernere faciem. perniciosam mundi non appetant uolumtatem. eosque mundi blandimenta non detineant usquequaque captiuos. set lux uultus tui clarificet iam beatos. amen.

CV [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Quis loquetur potentias domini auditas faciet omnes laudes eius.*

Confitemini domini quoniam bonus. quoniam in [f. 60. seculum misericordia eius.

Quis loquetur potentias domini. auditas faciet omnes laudes eius.

Beati qui custodiunt iudicium. et faciunt iustitias in omni tempore.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui. uisita nos in salutari tuo.

Ad uidendum in bonitate ęlectorum tuorum. ad letandum in letitia gentis tue. ut lauderis cum hereditate tua.

Peccabimus cum patribus nostris. iniuste ęgimus iniquitates fecimus.

Patres nostri in (Egypto non in)†[8] Egypto non intellexerunt mirabilia tua. et non fuerunt memores multitudinis misericordie tuę.

[1] read *obtentum*.
[2] read *deprecamur*.
[3] this awaits emendation.
[4] perh. *iuramento*.
[5] perh. *firmatum*.
[6] amen] after this a rubric has been erased.
[7] infunde] a letter erased.
[8] the repeated words erased.

/Et irritaberunt eum ascendentes in rubro mari . et [col. 2.
liuerabit eos propter nomen suum . ut notum[1] faceret eis potentiam suam.

Et increpabit rubro mari et recessit . et ęduxit eos in aquis multis sicut in deserto.

Et liuerabit eos de manu hodientium . et redemit eos de manu inimicorum.

Et operuit aqua tribula(n)tes[2] eos . et unus ex eis non remansit.

Et crediderunt uerbo eius . et cantaberunt laudes eius.

Acceleraberunt et obliti sunt operum eius . et non sustinuerunt consilium eius.

Et concupierunt ( )[3] concupiscentias in deserto et temtaberunt deum in siccitate.

Et dedit eis petitiones eorum . et inmisit saturitatem in animas eorum.

/Et irritaberunt Moysen in castris . et Aaron sanctum [f. 60.*b*.
domini.

Aperta est terra et deglutibit Datan . et operuit super sinagoga Abiron.

Exarsit ignis in sinagoga eorum . et flamma comedit peccatores.

Fecerunt uitulum in Orep . et adoraberunt sculptilia et mutaberunt gloriam suam in similitudinem uituli . manducantis fenum.

Obliti sunt deum qui liuerabit eos . qui fecit magnalia in Egypto . mirabilia in terra Cam terribilia in mari rubro.

Et dixit disperdere eos . si non Moyses seruus eius stetisset in contradictione in conspectu eius ut auerteret iram eius ne disperderet eos.

Et pro nicilo habuerunt terram desiderabilem . et non /crediderunt uerbo eius. [col. 2.

Et murmuraberunt in tabernaculis suis . et non exaudierunt uocem domini.

Et ( )leuabit[4] manum suam in illis ut deiceret eos in deserto . ut deiceret semen eorum in nationibus . et dispergeret eos per regiones.

Et consecrati sunt Beelfegor . et manducaberunt sacrificia mortuorum.

Et irritaberunt eum in obseruationibus suis . et multiplicata est in eis ruina.

Stetit Fine(e)s[5] et exorabit . et cessabit quassatio . et reputatum est illi ad iustitiam . a generatione et generatione usque in seculum.

[1] read *notam*.
[2] tribulantes] *n* interlined.
[3] erasure of about twelve letters.
[4] eleuabit] *e* erased.
[5] Finees] *e* interlined.

REPETITIO. Et irritaberunt eum ad aquas contradictionis . et uexatus est Moyses propter eos quia exaceruaberunt spiritum eius . et distinxit in labiis suis.

/Non disperdiderunt gentes . quas dominus dixerat illis. [f. 61.

Et conmixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum . et seruierunt sculptilibus eorum . et factum est illis in scandalum.

Inmolaberunt filios suos et filias suas . demoniis.

Effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum . quod sacrificaberunt sculptilibus Canaan.

Ynfecta est terra ( )[1] sanguinibus . et contaminat(a est)[2] in operibus eorum . et fornicati sunt in obseruationibus suis.

Et iratus est animo dominus in populum suum . et abominatus est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manus nationum . et domina(ti s)unt[3] eis qui oderunt eos.

Et tribulaberunt eos inimici /eorum . et humiliati [col. 2. sunt sub manibus eorum. (S)epe[4] liuerabit eos.

(i)psi[4] autem exaceruaberunt eum in consilio (suo)[5] . et humiliati sunt in suis iniquitatibus.

Et respexit eos cum tribularentur . in eo quum exaudiret orationes eorum.

Quia memor fuit testameti†[6] sancti sui . et penituit eum secundum multitudinem misericordie suę.

Et tradidit eos in misericordia in conspectu hominum . qui captiuaberunt eos.

Saluos nos fac domine deus noster . et congrega nos de nationibus.

Vt confiteamur nomini sancto tuo . et gloriemur in laude tua.

Benedictus dominus deus Israhel . a seculo et usque in seculum . et dicit omnis populus fiat fiat.

ORATIO. Benedicte domine deus Israhel . a seculo et usque in seculum . quem multiplex creatura multiplici naturarum /uarietate conlaudat. Memor esto testamenti sancti tui . [col. 2. et peniteat te secundum multitudinem misericordie tuę . ut iniquitatem quam fecimus . et peccatum quod cum patribus traduce peccati contraximus . te donante lacrimarum fluminibus cordisque gemitibus absoluamur†[7] . libera igitur nos domine de manu spirituum odientium . et redime de insidiis inimicorum.

[1] erasure of *a ?*
[2] contaminata est] on erasure.
[3] dominati sunt] on erasure.
[4] Sepe] the rubric initial originally at *Ipsi* has been moved to *Sepe*.
[5] suo] inserted
[6] read *testamenti*.
[7] read *absoluamus*.

Quique uerbo tuo credimus . credulitatis ipsius fortitudine muniamur. Ac sic confessio humilium celorum alta conscendat . ut a uerbo tuo saluatio profusa subueniat.

ALIA ANTIPHONA. *Salua nos domine deus noster.*

ORATIO. Saluos nos fac domine deus noster et in salute tuo uisita nos. Nec iniquitatis nostre penam[1]† . /sed [col. 2. timoris tui nos humiliet disciplinam† . ut tua gloriemur in laude . et confiteamur in nomine . nosque ad uiuendum electorum tuorum excitet bonitas . et ad laudandum regni tui adsiscat hereditas. amen.

EXPLICIT LIBER QVARTUS INCIPIT LIBER QVINTVS.

CVI [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Dicant qui redemti sunt a domino quos redemit de manu inimicorum.*

Confitemini domino quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc gentes qui redemti sunt a domino . quos redemit de manu inimicorum.

De regionibus congregabit eos . a solis ortu ( ) et occasu /ab aquilone et mari. [f. 62.

Erraberunt in solitudine in siccitate inuia . et ciuitatem habitationis illic non inuenerunt.

Esurientes et sitientes erant . et anima eorum in ipsis defecit.

Et clamaberunt ad dominum quum tribularentur . et de necessitatibus eorum liuerabit eos.

Et eduxit eos in uiam rectam . ut irent in ciuitatem hauitationis.

Confiteantur domino misericordia†[2] eius . et mirabilia eius filiis hominum.

Quia saturabit animam inanem . et animam esurientem saturabit bonis.

Sedentes in tenebris et umbra mortis . uinculis ligatos et in mendicitate et ferro.

Quia exaceruaberunt eloquium domini . et consilium altissimi irritaberunt.

[1] read *poena*, *disciplina*. [2] read *misericordiae*?

Et humiliatum est in labo/ribus cor eorum . et [col. 2. infirmati sunt nec fuit qui adiubaret eos.

Et clamaberunt ad dominum quum tribularentur . et de necessitatibus eorum liuerabit eos.

Et ęduxit eos de tenebris et umbra mortis . et uincula eorum disrupit.

Confiteantur domino misericordia(s)[1] eius . et mirabilia eius filiis hominum.

Quia contribit portas ereas . et uectes ferreos confregit.

Suscepit eos de uia iniquitatis ipsorum . propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum . et adprop( ) iaberunt[2] usque ad portas mortis.

Et clamaberunt ad dominum quum tribularentur et de necessitatibus eorum liuerabit eos.

/Repetitio. Misit uerbum suum et sanabit eos . et [f. 62.*b*. eripuit eos de interitu eorum.

Confiteantur domino misericordia(s)[3] eius . et mirabilia( )[4] eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis . et pronuntient opera eius in exultatione.

Qui descendunt mare in nabibus . facientes operationes in aquis multis.

Ipsi uiderunt opera domini . et mirabilia eius in profundo.

Dixit et stetit spiritus procelle . et exultati sunt fluctus eius.

A(s)cendunt[5] usque ad celos . et descendunt usque ad abissos . et anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius . et omnis sapientia eorum deglutita est.

Et clamaberunt ad dominum quum tribularentur . et de /necessitatibus eorum liuerabit eos. [col. 2.

Statuit procellam in auram . et siluerunt fluctus eius . et letati sunt quod siluerunt.

Et ęduxit eos in portum uoluntatis suę et de necessitatibus eorum liuerabit eos.

Confiteantur domino misericordia(s)[6] eius . et mirabilia eius filiis hominum.

Exaltent eum in ęclesia populi . et in catedra seniorum laudent eum.

Quia posuit flumina in desertum . et exitus aquarum in sitim.

[1] misericordias] *s* erased.
[2] *r* erased.
[3] misericordias] *s* erased.
[4] erasure of one letter.
[5] ascendunt] *s* on erasure.
[6] misericordias] *s* erased.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Terram fructiferam in salsuinc†[1] . a malitia inhauitantium in ea.

Posuit deserta in stagna aquarum . et terra†[2] sine aqua in exitus aquarum.

Et conlocabit illic esurientes . et constituerunt ciuitatem hauitationis.

Et seminaberunt agros et plantaberunt uineas . et fecerunt fructum natiui/tatis sue. [f. 63.

Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis . et iumenta eorum non sunt minorata.

Pauci facti sunt et uexati sunt . a tribulationbus malis et dolore.

Effusa est contemtio super principes eorum . et seduxerunt eos uana ipsorum.

Et eduxit eos in inuio . et non in uia.

Et adiuuabit pauperem de mendicitate . et posuit sicut oues patresfamilias.

Videbunt recti et letabuntur . et omnis iniquitas obturabit os suum.

Qui sapiens est intellegat hec . et tunc intelleget misericordias domini.

ORATIO. Domine Ihesu Christe qui a solis ortu et occasu. tu† ęclesia†[3] de gentibus lucra conquiris. Ab aquilone et mare ac de regionibus congregatos /custodi adquisitos tuos in huius [col. 2. uite solitudinem†[4] nec a uia ueritatis tramite[5] quemquam sinieris oberrare. Quique te esuriunt et sitiunt ministerii tui sacramento reficiantur . atque uiam rectam ingressi sic per deserta mundi huius cepta itinera compleant ut superne ciuita(tis)†[6] sine offendiculi noxam†[7] introeant. Et presta ut cuius nunc corpus sanguinemque in sacramento suscipiunt . in ciuitatem hauitabilem sacramenti ipsius plenitudinem†[8] saginentur.

ALIA ANTIPHONA. *Misit uerbum suum et sanabit nos dominus et eripuit nos de interitu.*

[ORATIO]. Confiteantur tibi domine misericordie tue et mirabilia tua in filiis hominum . qui nos ab interitu liberas . et ab errore reducis . presta domine ut in Christo tuo tamquam in uia recta gradientes . nequaquam /in uia recta tramite [f. 63.*b.* deuiemus . sed ad ciuitatem hauitabilem cum†[9] sanctis tuis in ęternum preparas . te propitio producamur.

[1] salsuine] Vulg. *salsugine.*
[2] read *terram.*
[3] read *tuae ecclesiae.*
[4] read *solitudine.*
[5] perh. *tramitem* ?
[6] ciuitatis] *tis* interlined ; a word, such as *portas*, dropped out ?
[7] read *noxa.*
[8] read *plenitudine.*
[9] read *quam.*

CVII [PSALMVS].

CANTICVM PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Da nobis auxilium deus in tribulatione.*

Paratum cor meum deus paratum cor meum . cantabo et psalmum dicam.

Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara . exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domine . psalmum dicam tibi inter gentes.

Quoniam magnificata est usque ad celos misericordia tua . et ueritas tua usque ad nubes.

Exaltare super celos deus . et super omnem terram gloriam† tuam†.[1]

Vt liberentur dilecti tui saluum me faciat dextera tua et exaudi me.

Deus loquutus est in sancto suo . letabor et diuidam Siccimam /et conualles tabernaculorum dimetiar. [col. 2.

Meus est Galaat et meus est Manasses . et Efrem fortitudo capitis mei.

Juda rex meus . Moab olla spei mee.

In Ydumea extendam calciamentum meum . mici allofili subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitate†[2] circumstantie . aut quis deducet me usque in Ydumea†.[3]

Nonne tu deus qui reppulisti nos . et non egredieris deus ę uirtutibus nostris.

Da nobis auxilium in tribulatione . et uana salus hominis.

In deo faciemus uirtutem . et ipse ad nicilum deducet tribulantes nos.

ORATIO. Preparatum cor nostrum domine . ut dicant†[4] et mira /psallant† beneficia tua. Illic potentia tua reminiscatur . hic [f. 64. clementia recordetur . fac nos te querere indesinenter . et habendum concede ut beatifices nos perhenniter.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Exurgam diluculo et confitebor domino.*

[ORATIO]. Exurge gloria deus exurge . ut liberes ab hoste captiuos. Vt parato corde diluculo surgentes psallimus†[5] . et fidei psalmum in populis decantemus. Tu itaque domine pro quibus

[1] read *gloria tua.*
[2] read *ciuitatem.*
[3] read *Idumeam.*
[4] read *dicat . . . psallat.*
[5] read *psallamus.*

es magnificatus usque ad celos. hos in te confidentes intuere placatus. et ipse da in tribulatione auxilium. qui nostre salutis es conplementum. et ipse tribulantes nos ad nicilum redige. ipseque ad te protegendum potentiam tue uirtutis in nobis hostende. pater.

BENEDICTIO. Benedicat uobis omnipotens dominus /qui [col. 2. est omnium creator et conditor sempiternus. Corpus uestrum seruet inmaculatum. et animas uestras misericorditer tueatur. Sicque uos dominus ab omni crimine peccatorum reddat innoxios. ut in uobis semper maneat spiritus sanctus.

CVIII [PSALMVS].

IN FINEM PSALMVS DAVID.

Deus laudem meam ne tacueris. quoniam os peccatoris et dolosi super me apertum est.

Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa. et sermonibus odii circumdederunt me. et expugnaberunt me gratis.

Pro eo ut diligerent me detraebant mici. ego autem orabam pro eis.

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis. et odium pro dilectione.

/Constitue super eum peccatorem. et diabolus stet a [f. 64.*b*. dextris eius.

Quum iudicatus† exeat condemnatus. et oratio eius fiat in peccatum.

Fiant dies eius pauci. et episcopatum eius accipiat alter.

Fiat[1] tabernaculum eius desertum. et non sit qui inhabitet in eo.[1]

Fiant filii eius orfani. et uxor eius uidua.

Commoti amobeantur filii eius et mendicent. et eiciantur de hauitationibus suis.

REPETITIO. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius. diripiant alieni omnes labores eius.

Non sit illi adiutor. nec sit qui misereatur orfanis eius.

Fiant anni eius in interitu. in una generatione deleatur nomen eius.

Commemoretur iniquitas patrum eius in conspectu domini. et peccatum matris eius non deleatur. [col. 2.

Fiant contra dominum semper. et disperdat[2] de terra memoria eorum.

[1]—[1] Fiat tab . . . in eo] intrusive from Acts i. 20 and Ps. lxviii. 26, but in the S. Germain and other MSS.

[2] disperdat] so the S. Germ. MS., but read *dispereat*.

Pro eo quod non sit recordatus facere misericordiam . et persequutus est hominem pauperem et mendicum . et conpuctum†[1] corde morti tradidit.

Et dilexit maledictionem et ueniet ei . et noluit benedictionem et prolongabitur ab eo.

Et induit se maledictionem sicut uestimento†[2] . et intrabit sicut aqua in interiora eius . et sicut oleum in ossibus eius.

Fiat illi sicut uestimentum quod operietur . et sicut zona que semper precintur.†[3]

Hoc opus eorum qui detraunt mici apud dominum . et qui loquuntur mala aduersus animam meam.

/REPETITIO. Et tu domine fac mecum misericordiam [f. 65. propter nomen tuum . quia suabis est misericordia tua.

Libera me quoniam egenus et pauper sum ego . et cor meum conturbatum est in me.

Sicut umbra cum declinat ablatus sum . et excussus sum sicut lucusta.

Genua mea infirmata sunt (a)[4] ieiunio . et caro mea inmu(ta)ta[5] propter oleum . et ego factus sum obprobrium illis.

Viderunt me et moberunt capita sua . adiuua me domine deus meus . salbum me fac propter misericordiam tuam.

Vt sciant quia manus tue†[6] hec est . et tu domine fecisti ea.†[7]

Maledicent illi et tu benedices . qui insurgunt in me confundantur . seruus autem tuus letabitur in te.

Induantur reuerentia[8] qui detraunt mici . et operi/antur [col. 2. sicut diployde confusionem suam.

Confitebor domino nimis in ore meo . et in medio multorum laudabo eum.

Quoniam adstitit a dextris pauperum . ut saluam faceret a persequentibus animam meam.

ORATIO. Adiuba nos domine deus noster . quia suabis est misericordia tua . fac nobiscum propter nomen tuum. Vt qui in medio multorum deuita a nobis deuotione lauderis . dum adsistis ad†[9] dextris tuorum pauperum . salues a persequentibus tuorum animas redemtorum.

CVIIII [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

ANTIPHONA. *Tecum principium in die uirtutis tue.*

Dixit dominus domino meo sede ad†[9] dextris meis . donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

[1] read *conpunctum*. [2] read *uestimentum*. [3] read *praecingitur*.
[4] a] on erasure. [5] inmutata] *ta* interlined.
[6] read *tua*. [7] read *eam*.
[8] reuerentia] perhaps originally *reuerentiam*. [9] read *a*.

/Virgam uirtutis sue† emittit†[1] dominus ex Syon . et [f. 65.*b*. dominabitur in medio inimicorum suorum.

Tecum principium in die uirtutis tue . in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te.

Iurabit dominus et non penitebit eum . tu es sacerdos in eternum . secundum ordinem Melcisethec.

Dominus a dextris suis†[2] confringet . in die ire sue reges.

Iudicabit in nationibus implebit ruinas . conquassabit capita multa in terra copiosa.

De torrente in uia bibit . propterea exaltabit capud.

[ORATIO]. Domine qui ante mundi principium semper es . et in uerbi potentiam†[3] mundi macinam dispositione mirabili condidisti perfice in†[4] nos incrementis spiritalibus /ut [col. 2. repperias in nobis tibi placitos fructus . atque de solio altitudinis in quo tu Christe ad patris dexteram sedis†[5] . inde ad saluandum nos uirtutis remedia dirige. Ac dum in die ire tue iniquorum capita conquassaberis . nos de torrente interitu eripe . et capitis exultatione† in sanctorum splendoribus glorificandos admitte.

CX [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Principium sapientie timor domini intellectus bonus facientibus ea.*

Confitebor tibi domine in toto corde meo . in concilio iustorum et congregatione.

Magna opera domini . exquisita in omnes uoluntates eius.

Confessio et magnificentia opus eius . et iustitia eius manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium /suorum miseri(cors et [f. 66. miserator)[6] dominus . escam dedit timentibus se.

Memor fuit in seculum testamenti sui . uirtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

Vt det illis hereditatem gentium . opera manuum eius ueritas et iudicium.

Fideli(a)[7] omnia mandata eius . confirmata in seculum seculi . facta in ueritate et equitate.

Redemtionem misit dominus populo suo . mandabit in eternum testamentum suum sanctum et terribile nomen eius.

[1] read *tuae emittet*.
[2] read *tuis*.
[3] read *potentia*.
[4] om. *in*.
[5] read *sedes*.
[6] misericors et miserator] on erasure.
[7] fidelia] *a* interlined.

Principium sapientie timor domini . intellectus bonus ( )[1] facientibus ea.

Laudatio eius . manet in seculum seculi.

ORATIO. Principium sapientie timor tuus domine . per ipsum sumamus bonum intellegentie . per quem initiamus†[2] /in [col. 2. perfectione iustitie. Tua namque laudatio permanet in seculum . qui perfectus nicil indiges . et indigna†[3] nos quoque tuis laudibus repleas. amen.

CXI [PSALMVS].

ALLELVIA REVERSIONIS AGGEI ET ZACCARIE . R[UBRICA][4] NOBI POPVLO VOCATIO.

ANTIPHONA. *Misericors et miserator et iustus dominus iucundus homo qui miseretur.*

Beatus uir qui timet dominum . in mandatis eius cupiet nimis.
Potens in terra erit semen eius . generatio rectorum benedicetur.

Gloria et diuitie in domo eius . et iustitia eius manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde . misericors et miserator et iustus dominus.

Iucundus homo qui miseretur /et commodat . disponit [f. 66.*b*. sermones suos in iudicio . quia in ęternum non commobebitur.

In memoria ęterna erit iustus . ab auditu malo non timebit.

Paratum est cor eius sperare in domino . confirmatum est cor eius . non commobebitur donec uideat inimiços suos.

Despersit dedit pauperibus . iustitia eius manet in seculum seculi . cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator uidebit et irascetur . dentibus suis frendet et tabescet desiderium peccatorum peribit.

ORATIO. Ab auditu malo iustus domine non timebit . cum impius iusta damnatione patuerit . quos pronuntiatum iudicium pęna torquebit nec eos terrebit stridor flamme . qui nunc pietate fruuntur conscientie /quoniam percipiunt dulcedinem diuine [col. 2. tuę gratie. Tribue nobis quesumus domine ut eorum fruamur consortio quibus largitus es gaudia sempiterna. amen.

CXII [PSALMVS].

NOBI POPVLI DOCTRINA . ALLELVIA.

Laudate pueri dominum laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum . ex hoc nunc et usque in seculum.

[1] erasure (of *omnibus?*) [2] read *initiamur*. [3] perh. *indigentes*.
[4] The sign is that used for Repetitio, but the above seems to me the best provisional expansion.

A solis ortu usque ad occasu†[1] . laudate nomen domini.

Excelsus super omnes gentes dominus . supra cęlos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat . et humilia respicit in cęlo et in terra.

Suscitat a terra inopem . et ab stercore erigit pauperem.

Vt conlocet eum cum principibus . cum principibus populi sui.

Qui hauitare facit sterilem in domo . matrem filiorum letantem.

ORATIO. /Domine qui in altis habitas cuius deitas [f. 67. ineffabilis nullo creature sensu concluditur ; nec humano sermone narratur . respice quesumus humilia in cęlo et in terra. Vt nulla nos in cogitatione uel in opere superuia subrepat qui†[2] a nobis oculos tue miserationis auertat . sed adsit nobis iugis et sincera humilitas que nos respectu tuo dignos efficiat . et premio glorificandos adtollat.

CXIII [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam.*

In exitu( )[3] Israhel de Egypto . domus Iacob de populo barbaro. Facta est Iudea sanctificatio eius . Israhel potestas eius Israhel regnabit in ea.

Mare uidit et /fugit. Yordanis conuersus est retrorsum. [col. 2.

Montes exultaberunt ut arietes . et colles uelut agni ouium.

Quid est mare quod fugisti . et tu Yordanis quare conuersus es retrorsum.

Montes quare exultastis ut arietes . et colles uelut agni ouium.

A facie domini fremuit omnis terra . a facie dei Iacob.

Qui conuertit petram in stagna aquarum . et rupes in fontes aquarum.

Non nobis domine non nobis . sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordiam et ueritatem tuam . nequando dicant gentes ubi est deus eorum.

REPETITIO. Deus autem noster in celo sursum . in celo et in terra omnia quecumque uoluit fecit.

Simulacra gentium argentum /et aurum opera manuum [f. 67.*b.* hominum.

[1] read *occasum*.
[2] read *quae*.
[3] exitu] erased letter.

Os habent et non loquentur. oculos habent et non uidebunt.

Aures habent et non audient. nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt. pedes habent et non ambulabunt.

Non clamabunt in gutture suo. neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fi(u)nt[1] qui faciunt ea. et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israhel sperabit in domino. adiutor et protector eorum est.

Domus Aaron sperabit in domino. adiutor et protector eorum est.

Qui timent dominum sperent in domino. adiutor et protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri. et benedixit nos.

Benedixit domum Israhel benedixit domum Aaron. benedixit omnes timentes dominum. pusillos cum maioribus.

Adiciet dominus super uos et super filios uestros. [col. 2. benedictionem.

Benedicti uos a domino. qui fecit celum et terram.

Celum celi domino. terra†[2] autem dedit filios†[2] hominum.

Non mortui laudabunt te domine. neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui uiuimus benedicimus domin( )[3]. ex hoc nunc et usque in seculum.

ORATIO. Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. super misericordiam tuam quam†[4] credentes fobes. et ueritatem qua incredulos usquequaque disperdis. ne ultra dicant gentes ubi est deus eorum. quum te humiles propitium et superui manifesta ultione recognoscant aduersum. tuum est domine ut cunctis miserearis. qui in cęlo et in terra. quęquumque [f. 68. uolueris facis.

ALIA ANTIPHONA. *Dominus deus noster in celo et sursum in celo et in terra quequumque uoluit fecit.*

ORATIO. Domine tu es solus qui omnia quequumque uolueris facis in celo et in terra in mari et in omnibus abyssis. te quesumus ut in nobis placari digneris. et que tibi (in nobis)[5] displicent hactu indulge confessa. quatenus ex†[6] inenarrabilem et hostendas potentiam. et mi( )rabilem[7] miserando clementiam. amen.

[1] fiunt] altered to *fiant*.
[2] read *terram...filiis*.
[3] domino] termination erased.
[4] read *qua*.
[5] in nobis] interlined.
[6] perh. *et inenarrabilem*.
[7] nirabilem] two letters erased.

CXIIII [PSALMVS].

Allelvia.

Antiphona. *Misericors dominus et iustus et deus noster miserebitur.*

Dilexi quoniam exaudiuit dominus. uocem orationis mee.
Quia inclinabit aurem suam mici. et in diebus meis inuocabo eum.

Circumdederunt me dolores /mortis. pericula inferni [col. 2. inuenerunt me.

Tribulationem et dolorem inueni. et nomen domini inuocabi.

O domine liuera. animam meam. (M)isericors[1] dominus et iustus. et deus noster miserebitur.

Custodiens paruulos dominus. humiliatus sum et liuerabit me.

Conuertere animam[†2] meam† in requiem tuam. quia dominus benefecit mici.

Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lacrimis. pedes meos a lapsu.

Conplacebo domino. in regione uiuorum

Oratio. Misericors domine et iuste. inclina aurem benignitatis. ad audiendam uocem nostre humilitatis. et tribulationem cordium quam inuenimus in dolore facinorum mortisque discrimen†[3] quo circumdati sumus. nomen tuum inuocando ad ueniam /redeamus. ac per bonitatem tuam. et mortis uora- [f. 68.*b.* citate†[4] ęuadere. et de merore animi in gaudio mereamur intrare. faciasque nos paruulos crimine; humilitate sublimes; et magnificos sanctitate. animam nostram in requiem tuam conuerte. et pedes nostros a lapsu eruę. et†[5] tibique nos fac in uiuentium regione conplacere. amen.

CXV [PSALMVS].

Allelvia.

Credidi propter quod loquutus sum. ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi[6] in (e)cessu[7] mentis mee. omnis homo mendax.

Quid retribuam domino pro omnibus. que prestitit mici.

Calicem salutaris accipiam. et nomen domini inuocabo.

Pretiosa in conspectu domini. mors sanctorum eius.

[1] Misericors] rubric initial on erasure.
[2] read *anima mea.*
[3] read *discrimine.*
[4] read *uoracitatem.*
[5] om *et.*
[6] Ego dixi] in the margin is another antiphon **in excessu meo omnis homo mendax.**
[7] ecessu] *e* (for *ex*) interlined.

O domine ego seruus tuus . ego /seruus tuus . et filius [col. 2. ancille tue.

Disrupisti uincula mea . tibi sacrificabo hostiam laudis.

Vota mea domino reddam in atriis domus domini . in conspectu omnis populi eius . in medio tui Iherusalem.

ORATIO. Tibi domine uota dedicamus nostra et laudis sacrificamus officia . quia tu et uotum uobend(o)[1] tribuis . et sacrificandi ordinem patefacis. Disrumpe itaque peccatorum nostrorum†[2] . qua†[3] noxietate resoluti facinorum . placabilis nostrum adtendas sacrificium . et in atriis tuis acceptes donaria quod†[4] offerimus . Te in conspectu omnis populi tui fides nostra fateatur intrepida . et in medio ęclesię uite benedicat innocua.

CXVI [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Confirma super nos deus misericordiam tuam.*

/Laudate dominum omnes gentes . et conlaudate eum [f. 69. omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius . et ueritas domini manet in eternum.

ORATIO. Confirmetur super nos misericordia tua domine. et perficiatur ueritas tua quę manet in ęternum . ut sicut laudatur deuotione fidelium . ita conlaudetur laudatione populorum.

CXVII [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Fortitudo mea et laudatio mea dominus et factus est mici in salute.*

Confitemini domino quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Dica(n)t[5] nunc domus Israhel quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Dica(n)t[5] nunc domus Aaron quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc omnes timentes dominum quoniam [col. 2. bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

[1] uouendo] *o* altered to *y*.
[2] perh. insert *uincula*.
[3] perh. *quo a*, if the *nom* . *pendens* is possible.
[4] read *quae*.
[5] dicant] the *n* mark seems to be inserted.

In tribulatione inuocabi dominum . et exaudiuit me in latitudine.

Dominus mici adiutor est . et non timebo quid mici faciat homo.

Dominus mici adiutor est . et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est sperare in domino . quam sperare in homine.

Bonum est confidere in domino . quam confidere in principibus.

Omnes gentes circumdederunt me . et in nomine domini ultus sum illas.

Circumdantes circumdederunt me . et in nomine domini ultus sum illas.

Circumdederunt me sicut apes fabum . et exarserunt in me sicut ignis in spinis . et in nomine domini ultus sum illas.

Inpulsus uersatus sum ut caderem . et dominus suscepit me.

Fortitudo mea et laudatio mea dominus . et factus est mici in salute.†[1]

Vox letitie et salutis . in ta/bernaculis iustorum. [f. 69.*b*.

Dextera domini fecit uirtutem . dextera domini exaltabit me.

Non moriar sed uiuam .et narrabo opera domini.

Castigans castigabit me dominus . et morti non tradidit me.

Aperite mici portas iustitie . et ingressus in eas confitebor domino.

Hec porta domini . iusti introibunt per eam.

Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me . et factus es mici in salute.†[1]

Lapis[2] quem reprouaberunt ędificantes . hic factus est in capud anguli.

A domino factum est istud . et est mirabile in oculis nostris.

Hic est dies quem fecit dominus . exultemus et letemur in eo.

O domine saluos nos fac . o domine bona prospera.

Benedictus qui uenit in no/mine domini . benedicimus [col. 2. uos de domo domini . deus dominus et inluxit nobis.

Constituite diem psollemnem in confrequentationibus . usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu et confitebor tibi . deus meus es tu et exaltabo te.

Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me . et factus es mici in salute.†[1]

Confitemini domino quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

[1] read *salutem*.

[2] Lapis etc.] before this verse REPETITIO has been placed, but not by the regular rubricator.

ORATIO. Fortitudo nostra et laudatio nostra domine. exaudi nos de inuocatione tribulationis. in latitudine bonitatis. statuę pedes nostros in consummatione operis. et perfectione uirtutis. Ac si inpulso inimici uertimur ut cadamus. tu labentes suscipe. et inclinatos adtolle. ut dum singulis /dextera tua [f. 70. subleuatura porrigitur. salus cunctis uirtute ipsius dextere conferatur.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Deus dominus et inluxit nobis.*

[ORATIO]. O domine saluos nos fac. et bona in te sperantibus prospera. Vt qui iacenti mundo in tenebris inluxisti. diem sollemnem hunc frequentationem† nostram†[1] tribuas peragi. quo et oculi nostri firmentur in luce tua. et possideat nos a te claritas patefacta. pater noster.

BENEDICTIO. Splendore cęlestis mereamini inlustrari. et gratia claritatis perpetuę recreari. Tenebrosa huius mundi careatis decipula. ut ad siderea polorum ciuium adunemini agmina. Vt illic semper mens uestra sit intenta. ubi beatorum permanet exultatio sempiterna.

/CXVIII [PSALMVS]. [col. 2.

ALLELVIA.

[I. ALEPH].

ANTIPHONA. *Tu mandasti mandata tua domine custodire nimis.*

Beati inmaculati in uia. qui ambulant in lege domini.

Beati qui prescrutantur testimonia eius. in tota corde suo exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem. in uiis eius ambulaberunt.

Tu mandasti mandata tua domine. custodire nimis.

Vtinam dirigantur uie mee. ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar dum respicio. in omnia mandata tua.

Confitebor tibi domine in directione cordis mei. in eo quod didici iudicia iustitię tuę.

/Iustificationes tuas custodiam. non me derelinquas [f. 70.*b*. usquequaque.

ORATIO. Domine ut beatitudinem inmaculatorum consequamur. tribue ut in toto corde mandata tua prescrutemur.

[1] read *frequentatione nostra*.

II. Bet.[1]

In quo corrigit iubenior uiam suam . in custodiendo sermones tuos.

Yn toto corde meo exquisibi te . ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua . ut non peccem tibi.

Benedictus es domine doce me . iustificationes tuas.

In labiis meis pronuntiabi . omnia iudicia oris tui.

Yn uia testimoniorum tuorum delectatus sum . sicut in omnibus diuitiis.

In mandatis tuis me exercebor†. et considerabo uias tuas.

Yn tuis iustificationibus medi/tabor . (ut)[2] non [col. 2. oblibiscar.

Oratio. In corde nostro domine tribuę ut eloquia tua retineamus . ut et moribus hostendamus . et sermonibus proximos nostros ędoceamus . quatenus communi dilectione tua precepta facientes pariter etiam uite ęternę premium consequamur.

III. Gimel.

Retribue seruo tuo . uiuam et custodiam sermones tuos.

*Reuela oculos meos . et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra . ne abscondas a me mandata tua.*

Concupibit anima mea . desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Yncrepasti superuos maledicti . qui declinant a mandatis tuis.

/Aufer a me obprobium et contemtionem . quia testi- [f. 71. monia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes aduersum me detraebant . seruus autem tuus exercebatur[3] in tuis iustificationibus.

Nam et testimonia tua meditatio mea est . et consolatio mea iustificationes tuę sunt.

Oratio. Reuela oculos nostros domine ut possumus legis tue secreta conspicere . nostraque lumina ad te dirige et tue obtecta legis . plena nobis notitionis hostende.

IIII. Delet. Tabularvm.[4]

Adesit pauimento anima mea . uiuifica me secundum uerbum tuum.

Vias tuas pronuntiabi et exaudisti me . doce me iustificationes tuas.

[1] Bet] an antiphon is inserted by a different hand in the margin, viz., Antiphona **In toto corde meo exquisibi te deus ne repellas me a mandatis tuis.**

[2] ut] inserted in red. [3] exercebatur] gloss *utebatur idest pens* . . . .

[4] Tabularum] The origin of these interpretations of the Hebrew alphabet is probably to be sought in St. Jerome, ep. xxx. (Bened. edition i. p. 148), but it is not easy to understand the interpretations attached to He, Zain and Mem.

Hęc†[1] uiam iustificationum tuarum fac ut intellegam. [col. 2. et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitabit anima mea pre tedio. confirma me in uerbis tuis.

Viam iniquitatis amobe a me. et de lege tua miserere mei.

Viam ueritatis elegi. iudicia tua commemorabi.

Adesi testimoniis tuis domine. noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri. cum dilatares cor meum.

ORATIO. Viam iustificationum tuarum domine fac nos intelligere. et defesse[2] per ea percurrere. ut ad uiam uite et auctorem iustitię peruenire mereamur absque ullo discrimine.

V. HET. VIVENT.

ANTIPHONA. *Legem pone mici domine uiam iustitie tue et exquiram eam semper de toto corde meo.*

Legem pone mici domine uiam iustificationem tuarum. [f. 71.*b*. et exquiram eam semper.

Da mici intellectum et prescrutabor legem tuam. et custodiam illam de toto corde meo.

Deduc me in lege mandatorum tuorum. quoniam ipsam uolui.

Inclina cor meum in testimonia tua. et non ad inutilitate†[3].

Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. in uia tua uiuifica me.

Statuę seruo tuo eloquium tuum. in timore tuo.

Amputa obprobrium meum quod suspicatus sum. iudicia enim tua iucunda.

Ecce concupibi mandata tua. in tua iustitia uiuifica me.

ORATIO. Inclina cor nostrum domine in testimonia tua. et a contuitu[4] uanitatis auerte. Vt ab amore terreno nos [col. 2. segreges et superne dilectione†[5] consocies.

VI. VAV. ET.

ANTIPHONA. *Veniat super nos misericordia tua domine.*

Veniat super me misericordia tua domine. salutare tuum et eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mici uerbum. quia sperabi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque. quia in iudiciis tuis sperabi.

Et custodiam legem tuam semper. in ęternum et in seculum seculi.

Et ambulabi in latitudine. quia precepta tua exquisibi.

[1] om. *haec*?

[2] read *indefesse*?

[3] ad inutilitate] read *ad inutilitatem*.

[4] contuitu] *a quo intuitus* (sic) Lor. p. 337; *a prauo uanitatis intuitu* Lor. p. 352.

[5] read *dilectioni*.

Loquar de testimoniis tuis . in conspectu regum et non confundar.

Et meditabor in mandatis tuis . que dilexi ueementer.

Et eleuabi manus meas in mandatis tuis que dilexi . et ex/ercebor in mirabilibus tuis. [f. 72.

[ORATIO]. (Veniat[1] super nos misericordia tu[a] ne in nobis ira tua deseui[at] . habeamus t[e] in remedio saluatorem . quem pro p[eri]culo metui[mus] habere iudicem.)

VII. ZAY. INITIVM.

Memento uerbi tui seruo tuo . in quo mici spem dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea . quia eloquium tuum uiuificabit me.

Superui inique agebant usquequaque . a lege autem tua non declinabi.

Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine . et delectatus sum.

Tedium tenuit me pro peccatoribus . derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles erant mici iustificationes tue . in loco incolatus mei.

Memor fui in nocte nimis tui domine . et custodiui legem tuam.

Hoc mici factum est . quia iustificationes tuas exquisiui.

ORATIO. Memento domine misera/tionum tuarum . [col. 2. et oblibiscere culpas iniquitatum nostrarum. nec reddas pro peccatis uicissitudinem quia tanta est bonitas tua ut neminem patiaris perire conuersum . ob hoc rogamus conuerte nos ad te . ut sit nobis salutifera spes semper in te.

VIII. HET. VITA.

*Portio mea domine . dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam de toto corde meo.*

Miserere mei secundum eloquium tuum quia cogitabi uias tuas . et conuerti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum et non sum turbatus . custodire mandata tua.

Funes peccatorum circumplexerunt me . et legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi . super iudicia iustitię tuę.

/Particeps sum ego omnium timentium te . et cus- [f. 72.*b*.
todientium mandata tua.

[1] Veniat *etc.*] This prayer is inserted, apparently by the original hand, in the margin. *Cf.* Bianch., p. 359.

Misericordia tua domine plena est terra . iustificationes tuas doce me.

ORATIO. Portio nostra domine esse dignare et posside nos quia summa libertas est tibi seruire et tuo subdi ultro imperio perfecta est beatitudo. Dominari†[1] quesumus nobis placatus qui nulli dees inuocatus.

VIIII. TET. BONVM.

ANTIPHONA. *Bonus es domine bonitate tua doce nos.*

Iucunditatem fecisti cum seruo tuo (domine)[2] . secundum uerbum tuum.

Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me . quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego deliqui . propterea eloquium tuum custodibi.

Bonus es domine (et in)[3] bonitate tua doce me . iustificationes tuas.

Multiplicata est super me ini/quitas superuorum . ego [col. 2. autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Quoagulatum est sicut lac cor eorum . ego uero legem tuam meditatus sum.

Bonum mici est quod humiliasti me domine . ut discam iustificationes tuas.

Bona mici est lex oris tui . super milia auri et argenti.

ORATIO. Scientia et disciplina doce nos domine . ut te solum scire sufficiat quem timere conuenit et habere. Da nobis in bonitate tua facere iustitias tuas. Et super aurum et†[4] argentumque pretiosiorem tuam adipiscere[5] gratiam . per quam nos nunc cunctos conuertes†[6] et in futuro†[7] effici prestes.

X. IOTH. PRINCIPIVM.

Manus tue fecerunt me et plasmaberunt me . da mici [f. 73. intellectum ut discam mandata tua.

Qui timent te uidebunt me et letabuntur . quia in uerbo tuo sperabi.

Cognobi domine quia equitas et ueritas iudicia tua . et in ueritate tua humiliasti me.

Fiat nunc misericordia tua ut consoletur me . secundum eloquium tuum cum seruo tuo.

Veniant mici miserationes tue ut uiuam . quia lex tua meditatio mea est.

[1] read *dominare.*
[2] domine] interlined.
[3] et in] interlined.
[4] om. *et.*
[5] i.e. *adipisci.*
[6] read *conuertas?*
[7] a word dropped.

Confundantur superui quia iniuste iniquitatem fecerunt in me . ego autem exercebor[1] in preceptis tuis.

Conuertantur ad me timentes me . et qui noberunt testimonia tua.

Fiat cor meum inmaculatum . in tuis iustificationibus ut non confundar.

ORATIO. Presta nobis domine intellectum discendi mandata tua . et instrue nos meditatione /assidua . ut ab omni officio [col. 2. nos non detraant desideria[2] . sed ad consolandum nos tua fiat misericordia.

XI. CAPH. MANVS.

ANTIPHONA. *Defecit in salutari tuo anima mea et in uerbo tuo sperabi domine.*

Defecit in salutari tuo anima mea . et in uerbo tuo sperabi.

Defecerunt oculi (mei)[3] in eloquium tuum dicentes . quando consolaberis me.

Quia factus sum sicut uter in pruina . iustificationes tuas non sum oblitus.

Quod†[4] sunt dies serui tui domine . quando facies de persequentibus me iudicium.

Narraberunt mici iniqui delectationes suas . set non ita ut lex tua domine.

Omnia mandata tua ueritas . iniqui persequuti sunt me succurre mici.

Paulo minus consummaberunt me /in terra . ego [f. 73.*b.* autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam uiuifica me . ut custodiam testimonia oris tui.

ORATIO. Omnia mandata tua domine ueritas . fac nos ea que inperas agere . et delectabiliter ea que precipis adimplere. amen.

XII. LAMET. DISCIPLINA.

ANTIPHONA. *Fundasti terram et permanet ordinationi tue perseuerat dies quoniam uniuersa seruiunt tibi domine.*

In eternum domine . permanet uerbum tuum in cęlo.

In generatione et progenie . ueritas tua.

Fundasti terram et permanet . ordinationi tue perseuerant dies . quoniam uniuersa seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est . tunc forsitan perissem in humilitate mea.

[1] exercebor] gloss *utebor quod est pensare.*
[2] detraant desideria] *retrahat desidia* Lor.
[3] mei] on erasure.
[4] quod] read *quot.*

/In ęternum non oblibiscar iustificationum tuarum . [col. 2.
quia in ipsis uiuificasti me domine.

Tuus sum ego saluum me fac . quia iustificationes tuas exquisiui.

Me expectaberunt peccatores ut perderent me . testimonia autem tua non intellexerunt.

Omni consummationi uidi finem . latum mandatum tuum ualde.

ORATIO. In eternum domine permanet uerbum tuum quod permanet in cęlo . in ęclesię tuę semper inhauitet templo. Vt habitatoris prescentia habitaculis sit karitas[1] indefessa.

XIII. MEM. INCIPIT.

Quomodo dilexi legem tuam domine . tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo . quia /in ęternum mici est. [f. 74.

Super omnes docentes me intellexi . quia testimonia tua meditatio mea est.

Super seniores intellexi . quia mandata tua exquisibi.

Ab omni uia mala proibui pedes meos . ut custodiam uerbum tuum.

A iudiciis tuis non declinabi . quia tu legem posuisti mici.

Quam dulcia faucibus meis ęloquia tua . super mel et fabum ori meo.

Mandata tua intellexi . propterea odio habui omnem uiam iniquitatis.

ORATIO. Dulcia sunt eloquia tua domine super mel et fabum . quoniam non temporalem delectationem sed ęternam tribuunt iucunditatem . da ea in cordibus nostris retinere . et in operibus exercere.

XIIII. NVN. SEMPITERNVM.

*/Lucerna pedibus meis uerbum tuum domine . et lumen [col. 2.
semitis meis.*

Iurabi et statui . custodire iudicia iustitię tuę.

Humiliatus sum usquequaque domine . uiuifica me secundum uerbum tuum.

Volumtaria oris mei conproba domine . et iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus tuis semper . et legem tuam non sum oblitus.

[1] karitas] *claritas* Lor.

Posuerunt peccatores laqueos mici . et a mandatis tuis non errabi.

Hereditatem adquisibi testimonia tua in ęternum . quia exultatio cordis mei tu es.

Inclinabi cor meum ad faciendas iustificationes tuas . propter ęternam retributionem.

ORATIO. Sit domine volumtaria oris nostri confessio placens conspectui tuo . qua possumus laqueos mortis euitare . et in mandatis tuis aciem mentis infigere . ac per hoc /et lucernam [f. 74.*b.* uerbi tui pedibus nostris accendere . et lumen ueritatis tuę semitis sensibus†[1] digneris monstrare. Vt per uerbi potentia†[2] . et mala( )[2] careamus presentia( )[2] . et bona consequamur ęterna.

XV. SAMETH. OCVLIS.†[3]

ANTIPHONA. *Iniquos odio habui et abominatus sum legem autem tuam dilexi domine.*

Iniquos odio habui et abominatus sum . legem autem tuam dilexi.

Adiutor et susceptor meus es tu . et in uerbo tuo sperabi.

Declinate a me malignantes . et prescrutabor mandata dei mei.

Suscipe me secundum ęloquium tuum ut uiuam . et ne confundas me ab expectatio(ne)[4] mea.

Adiuua me et saluabor . et meditabor in tuis iustificationibus semper.

/Spreuisti omnes discedentes a iustificationibus tuis . [col. 2. quia iniuste†[5] cogitatio eorum est.

Preuaricatores reputabi omnes peccatores terre . ideo dilexi testimonia tua semper.

Infige timori tuo carnem meam . a iudiciis enim tuis timui.

ORATIO. Infige domine clabis timoris tui carnes nostras . ut suis prabis uoluptatibus non seruiat†[6] . set tuis iustis preceptis obediat†[6] . et ea in opere faciat†[6] que prius tibi cogitatione conplaceat.†[6]

XVI. IAIN. NON†.[7]

ANTIPHONA. *Feci iudicium et iustitiam domine ne tradas me nocentibus me.*

Feci iudicium et iustitiam . domine ne tradas me persequentibus me.

Excipe seruum tuum in bono . ut non calumnientur mici superui.

[1] perh. *sentibus* glossed *semitis?* [2] read *potentiam*, afterwards *m* erased twice.
[3] Oculis] *Fons sive oculus* is given by Jerome for Ain.
[4] expectatione] *ne* interlined. [5] read *iniusta.*
[6] read *seruiant*, etc. [7] Non] this is all that remains of *Os ab ore non ab osse*, which is Jerome's interpretation of Phe.

Oculi mei defecerunt in salutari /tuo. et in eloquium [f. 75.
iustitię tuę.

Fac cum seruo tuo domine secundum multam misericordiam tuam. et secundum iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego da mici intellectum. ut sciam testimonia tua.

Tempus est benefaciendi domine. dissipaberunt legem tuam iniqui.

Ideo dilexi testimonia tua. super aurum et topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar. et omnem uiam iniquitatis odio habui.

ORATIO. Fac cum seruis tuis domine misericordiam tuisque nos iustificationibus cumula. ut placido†[1] tibi placeamus seruitio. et amore perfectionis tuo nos gaudeamus inerere precepto.

XVII. PHE. IVSTITIAM†[2].

Mirabilia testimonia tua domine. ideo scrutata est ea anima mea.

/Declaratio sermonum tuorum inluminet me. et intel- [col. 2.
lectum d(e)t[3] paruulis.

Os meum aperui et adtraxi spiritum. quia mandata tua concupiscebam.

Respice in me et miserere mei. secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. ut non dominetur mici omnis iniustitia.

Erue me a calumnis†[4] hominum. ut custodiam precepta tua.

Faciem tuam hostende super seruum tuum. et doce me iustificationes tuas.

Riuos lacrimarum deduxerunt oculi mei. quia non custodierunt legem tuam.

ORATIO. Scrutantes te†[5] domine testimoniorum tuorum mirabilia. inluminationis tuę intellectu declara. quique aperto ore uitalem spiritum traximus. et pinguedine sancti sacrificii sagi/nati (r)u(c)tamus[6]. in timore semper eloquiorum [f. 75.*b*.
tuorum crescamus. et gloriam aspectus tui hostensione pacifica uideamus.

[1] read *placito*.
[2] Iustitiam] properly belongs to Sade.
[3] det] *e*, in red, on erasure.
[4] read *calumniis*.
[5] om. *te* Lor.; perh. *scrutantibus te*.
[6] ructamus] the first three letters seem to have been originally *sum* (?)

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE

XVIII. SADE.

Justus es domine . et rectum iudicium tuum.

Mandasti iudicium et testimonia tua . et ueritatem tuam nimis.

Cremabit me zelus domus tue[1]. quia obliti sunt uerba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum ualde . et seruus tuus dilexit illud.

Adulescentior ego sum et contemtus . iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iusta in ęternum . et lex tua ueritas.

Tribulatio et angustia inuenerunt me . mandata autem tua meditatio mea est.

Equitas et testimonia tua in eternum . intellectum eorum /da mici domine et uiuifica me. [col. 2.

ORATIO. Iustitia tua deus ęterna est . que non personas sed merita eliget . tu igitur domine da tuam custodiendam in corde nostro uolumtatem . ut tribuas perpetuam sine fine iucunditatem. amen.

XVIIII. COPH. VOCATIO.

[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. *Preuenerunt oculi mei ad te diluculo ut meditarer eloquia tua.*

Exclamabi in toto corde meo . exaudi me domine . iustificationes tuas requiram.

Clamabi ad te ( )[2] saluum me fac . ut custodiam precepta tua.

Preueni in maturitate et exclamabi . et in uerbo tuo sperabi.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo . ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam exaudi domine secundum multam ( )[3] misericordiam tuam . et secundum /iudicium tuum uiuifica [f. 76. me.

Adpropriaberunt† persequentes me iniuste . a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu domine . et omnia mandata tua ueritas.

Ab initio cognobi de testimoniis tuis . quia in ęternum fundasti ea( ).[4]

[AD] CONPL[ETORI]A. Exclamamus ad te domine ut nos exaudias . et oculos humo declinos ad tuam lucem admittas . ut tua nos inlustrante serenitate . semper maneamus in lumine . pater.

[1] cremabit ..tue] the remainder of the antiphon is given in the marg. **quia inimici mei uerba tua obliti sunt.**

[2] erasure of about three letters.

[3] erasure of two words (?)

[4] ea] *m* erased.

BENEDICTIO. Benedictio domini largissima ueniat super uos. Prestet cordi uestro firmitatem et tranquillitatem . in ueritate promissorum suorum. Vt liueratos uos ab omnibus malis et temtationibus huius seculi . perducat uos ad gloriam sempiternam regni sui.

XX. RES. CAPITIS.

/Vide humilitatem meam et eripe me . quia legem tuam [col. 2. non sum oblitus.

Iudica iudicium meum et redime me . propter eloquium tuum uiuifica me.

Longe est a peccatoribus salus . quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Miserationes tue multe domine . secundum iudicium tuum uiuifica me.

Multi persequentes tribulabant me . a testimoniis tuis non declinabi.

Vidi inconpositos et tabescebam . quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quia mandata tua dilexi . domine in tua misericordia uiuifica me.

Principium uerborum tuorum ueritas . in eternum omnia iudicia iustitię tuę.

ORATIO. Vide humilitatem nostram domine . quam pro peccatis nostris /digne tolleramus . propter tuam clemen- [f. *76.b.* tiam gratuitam misericordiam preueniamus. Vt munera tua narremus . et placatum te semper quesumus habeamus.

XX.†[1] SIN. DENTIVM.

Principes persequuti sunt me gratis . et a uerbis tuis formidabit cor meum.

Letor ego super eloquia tua . sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui et abominatus sum . legem autem tuam dilexi.

Septies in diem† laudem dixi tibi . super iudicia iustitie tuę.

Pax multa diligentibus legem tuam . et non est illis ( )[2] scandalum.

Expectabam salutare tuum domine . et mandata tua seruabi.

Custodibit anima mea testimonia tua . et dilexit ea ualde.

Seruabi mandata tua et testimonia tua . quoniam /om- [col. 2. nes uie mee in con(s)pectu[3] tuo domine.

[1] xx] read xxi. No antiphon here nor for xxii.
[2] erasure of two letters (?)
[3] conspectu] *s* interlined.

ORATIO. Pax copia est diligentibus legem tuam domine. nec potest in eis esse discordia. quia tua scrutant†[1] cum karitate mandata. tribuę nobis et pacem habere. et tua precepta efficaciter adimplere.

XXII. TAV. SIGNVM.

Adpropriet oratio mea in conspectu tuo domine. secundum eloquium tuum da mici intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo (domine)[2]. secundum eloquium tuum eripe me.

Eructuabunt labia mea ymnum. cum docueris me iustificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquia tua. quoniam omnia mandata tua iusta sunt.

Adpropinquet†[3] postulatio mea in conspectu tuo domine†[3] /fiat manus tua ad liberandum me. quia mandata tua [f. 77. dilexi.

Concupibi salutare tuum domine. et lex tua meditatio mea est.

Viuit anima mea (deus)[4] et laudabit te. et iudicia tua adiuuabunt me.

Errabi sicut ouis que perierat. uiuifica seruum tuum quia mandatorum tuorum non sum oblitus.

ORATIO. Tibi nostra omnipotens deus postulet postulatio. atque ( )[5] introeat in te nostrorum cordium deprecatio. tibi labia nostra hymnum predicent. tuisque doctrinis anima iubata ueritatem decantet. Et hiis officiis placatus uiuificate anime te†[6] laudem adsumas errantes[7]. ne pereant queras. et inuentos in te semper manere concedas.

CXVIIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

/* Ad dominum quum tribularer clamabi et exaudibit me.* [col. 2. Domine libera animam meam a labiis iniquis. et a lingua dolosa.

Quid detur tibi. aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam.

Sagitte acute potentis. cum carbonibus desolatoris.

Eu me quod incolatus meus prolongatus est a me. hauitabi cum hauitantibus Cedar.

[1] read *scrutantur*.
[2] Domine] interlined.
[3] adpropinquet...domini] intrusive from first verse above.
[4] deus] interlined in red.
[5] erasure of about eight letters.
[6] perh. om. *te*.
[7] The point is of course misplaced

Multum incola[1] fuit anima mea . cum his que oderant pacem eram pacificus . dum loquebar illis inpugnabant me gratis.

ORATIO. A(d)[2] te piissime deus uocem quum tribulamus†[3] ęmittimus . ad te cordis gemitum estu†[4] clamore dirigimus . precantes te ut quod oratione promimus audias . et quod [f. 77.*b*. gementes querimus tribuas . peregrinationem anime nostre de tenebrarum tabernacula[5] eruas . et in lucem tuam transformando conuertas . ut nec labiis iniquis . nec dolosa lingua decipiamur in mundo . sed perfecta credulitate proficiamur in Christo . atque sagittas potentis in expugnatione aduersarii animi uiribus dirigamus . et carbones desolatorios ob defensione†[6] nostris in consensibus conseruemus . quorum incendia in deceptione sui inuidus sentiat . quorumque purgationem fidelium corda suscipiat.†[7]

CXX. CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Auxilium meum a domino qui fecit celum et terram.*

Leuabi oculos meos ad montes . unde ueniet auxilium [col. 2. mici.

Auxilium meum a domino . qui fecit celum et terram.

Non det in commotione pedem tuum . neque obdormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque obdormiet . qui custodit Israhel.

Dominus custodiat te dominus protectio tua . super manum dextere tue.

Per diem sol non uret te . neque luna per nocte†.

Dominus custodiat te ab omni malo . custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum[8] tuum . et exitum tuum ex hoc nunc et usque in seculum.

ORATIO. Auxilium nostrum a te sit domine cęli factor ac terre . ut nec oculos nostros a contemplatione montium tuorum oblectatio infida dimobeat . nec pedem nostrum a cursu fidei conmotio infausta detorqueat . sed qui non dormis ad [f. 78. custodiam . precamur ne tardes ad gratiam. Esto protector dextere nostre ut sancte†[9] in nos opereris administratione . uel non presumat sinistra uel nesciat neque uriat defixas in te iugiter mentes . uel aduersitas aspera tribulationum uel prosperitas mala suadet.†[10]

[1] incola] gloss *idest morator uel cultor uel habitator.*
[2] Ad] *d* interlined.
[3] read *tribulamur.*
[4] perh. *maestum.*
[5] perh. *tabernaculo.*
[6] read *defensionem.*
[7] read *suscipiant.*
[8] introitum] a gloss lost
[9] read *sancta.*
[10] read *suadeat.*

CXXI [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

Letatus sum in his que dicta sunt mici . in domo domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri . in atriis tuis Iherusalem.

Iherusalem que edificatur ut ciuitas . cuius participatio eius in idipsum.

Illic enim ascenderunt tribus tribus domini . testimonium in Israel ad confitendum nomini domini.

/Quia illic sederunt sedes in iudicio . sedes super tronum [col. 2. Dauid.

Rogate que paci sunt Iherusalem . et habundantia diligentibus te.

Fiat pax in uirtute tua . et habundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos . loquebar pacem de te . propter domum domini dei mei . quesiui bona tibi.

ORATIO. Iucundamur domine in his que in domo tua eterna nos precesserunt . unde perenniter uiuunt . unde quum†[1] rogamus quum ex hoc stadio uite ęmigraberimus . eorum nos iubeas sociari cetibus . quorum gaudemus successibus ut tuis simul delectemur iucundari laudibus.

CXXII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nobis.*

Ad te leuamus oculos nostros . qui habitas in cęlis.

/Ecce sicut oculi seruorum in manus dominorum [f. 78.*b*. suorum . et sicut oculi ancille ad manus domine sue . ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nobis.

Miserere nobis domine miserere nobis . quia multum repleti sumus contemtione.

Multumque repleta est anima nostra . obprobriis habundantium . et dispectione superuorum.

ORATIO. Ad te domine oculos nostros erigimus . quem in celestibus habitare et terre macinam uirtute continere fatemur . miserere igitur nostri domine miserere . et peccatis nostris pro quibus te iratum metuimus parce. Vt contemtu†[2] nostrum piętate clementi respicias . et a delicti obprobrio dextere[3] tuę nos uirtutis[3] eripias.

[1] om. *quum*?
[2] *contemptum* Lor.
[3] *dextera* Lor. but perh. *dexterae...uirtute*.

CXXIII [PSALMVS].

Canticvm gradvm.

Nisi quod dominus erat in nobis dicat nunc Israhel. [col. 2. nisi quod dominus erat in nobis.

Quum insurgerent homines in nos. forsitan uiuos deglutissent nos.

Quum irasceretur animus eorum aduersum nos. forsitan uelut aqua obsorbuisse(n)t[1] nos.

Torrentem pertransibit anima nostra. forsitan pertransisset anima nostra aquam inmensam.

Benedictus dominus. qui non dedit nos in captura† dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est. de laqueo uenantium.

Laqueus contritus es(t)[2]. et nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini. qui fecit cęlum et terram.

Oratio. Conuertere[3] domine laqueos quos nobis hii qui animas nostras uenantur obponunt. Rumpe pretensium†[4] aduersantium nodos. et captiuantium nos insidias. adiutorii tui [f. 79. obpitulatione conturba. Quia nisi tu in nobis. tam potest nos contraria uirtus degluttire quam sorbere. Esto seruorum tuorum et custus†[5]. et prebius. ut nec spiritalium nequitiarum decipulas incurrant. et oblatam†[6] quibus a† te nituntur expediant.

CXXIIII [PSALMVS].

Canticvm gradvm.

Antiphona. *Benefac domine bonis et rectis corde.*

Qui confidunt in domino sicut mons Syon non commobebitur in ęternum. qui habitat in Iherusalem.

Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui. ex hoc nuc†[7] et usque in seculum.

Quia non derelinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum. ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis. et rectis corde. declinantes autem ad obliga tionem. adducet dominus cum operantibus iniqui- [col. 2. tatem pax super Israhel.

[1] obsorbuissent] the *n* mark is perhaps later.
[2] *t* interlined.
[3] *conuerte* Bianch.
[4] read *praetensos*.
[5] read *custos*.
[6] *volatus quibus ad te uenire nitantur* Bianch.
[7] read *nunc*.

ORATIO. Benefac domine bonis et rectis corde . nec declinent ad mundi obligationem . qui in tuam inuocati sunt libertatem . sit pax super Israhel ut qui te solum contemplantur . tibique sine dolo deseruiant ut†[1] pacis premio munerentur.

CXXV [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Magnificabit dominus facere nobiscum facti sumus letantes.*

In conuertendo dominus captiuitatem Syon . facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum . et lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes magnificabit dominus facere cum illis . magnificabit dominus facere nobiscum facti sumus letantes.

/Conuertere domine captiuitatem nostram . sicut torrens in Austro . ( )[2] qui seminant in lacrimis . in gaudio met(e)nt.[3] [f. 79.*b.*

Euntes ibant et flebant . mittentes semina sua.

Venientes autem uenient in exultatione . portantes manipulos suos.

ORATIO. Magnifica domine facere nobiscum . ut uera letitia te nos consolante reddatur per uicissitudine†[4] ploratuum . ut quod in balli[5] fletus temporis huius labore promserimus . eternorum fructuum manipulos gaudiique metamus.

CXXVI [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

Nisi dominus edificaberit domum . in uano laborant qui ędificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem . /in uano uigilant [col. 2. qui custodiunt eam.

In uanum est uobis ante lucem surgere . surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

Quum dederit dilectis suis somnum . ecce hereditas domini filii . mercis fructus uentris ( ).[6]

Sicut sagitte in manu potentis . ita filii excussorum.

Beatus uir qui implebit desiderium suum ex ipsis . non confundetur dum loquetur inimicis suis in porta.

[1] read *deseruiunt tuae* ?
[2] erasure of *Vt.*
[3] metent] *e* on erased *a.*
[4] *per uicissitudinem* or *pro uicissitudine* ?
[5] balli] i.e. *valle.*
[6] erasure of three letters (?

ORATIO. Nisi tu domine ędifices et custodias nos uacua erit operatio uel industria nostra. quia nec sine te esse possumus nec bene uiuere preualemus. idcirco quia tuum est quod agimus tribuę quesumus ut a te non recedamus. et tuam gratiam [f. 80. per omnia percipiamus.

CXXVII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Labores fructuum tuorum manducabis beatus es et bene tibi erit.*

Beati omnes qui timent dominum. et qui ambulant in uiis eius. Labores (manu)m (tuarum)[1] manducabis. beatus es et bene tibi erit.

Vxor tua sicut uitis habundans. in lateribus domus tuę.

Filii tui sicut nobella olibarum. in circuitu mense tue.

Ecce sic benedicetur omnis homo. qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex Syon. et uideas que bona sunt in Iherusalem omnibus diebus uite tue. et uideas filios filiorum tuorum pax super Israhel.

ORATIO. Dona omnipotens domine huic familie tuę beatitudinis summam. ambulare in uiis tuis et timere te [col. 2. domine. Vt sanctarum manuum fructibus et spiritalium operum ciuis[2] mens auida ac deuota esse[3] satiet. et per circuitum cęlestis mense uerbi repleti[4] doctrinis. uelut olibarum tibi prole[5] consociet. quicquid timoris tui meditatione conceperit. amen.

CXXVIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Benedictio domini super uos benedicimus uos in nomine domini.*

Sepe expugnaberunt me a iubentute mea. dicat nunc Israhel sepe expugnaberunt me a iubentu(te)[6] mea. etenim non potuerunt mici.

Supra dorsum meum fabricaberunt peccatores. prolongaberunt iniquitates suas.

Dominus iustus. concidet ceruices peccatorum. (c)on- [f. 80.*b.* fundantur[7] et conuertantur retrorsum. omnes qui oderunt Syon.

[1] manuum tuarum] on erasure.
[2] i.e. *cibis*.
[3] perh. *se*?
[4] perh. *repleta*.
[5] perh. *prolem*.
[6] iubentute] *te* interlined later.
[7] confundantur] erased rubricated initial.

Fiant sicut fenum edificiorum. quod priusquam euellatur arescit.

De quo non implebit manum suam qui metit. et sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui preteriebant benedictio domini super uos. benedicimus (uos)[1] in nomine domini.

ORATIO. Sepe†[2] nos domine uitiorum multitudo ut a tuis sanctis recedamus legibus. et peruersis adquiescamus erroribus. Sed tu deus uirtutum omnia semina nequissima antequam radicitus uigeant succide atque extingue. Vt tibi soli germina et fructos bonos cogitatione et opera exibeamus.

CXXVIIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

/[AD] MATVT[INVM] ANTIPHONA. [3]*uigilia matutina [col. 2. usque ad nocte† speret Israhel in domino.*

De profundis clamabi ad te domine. domine exaudi uocem meam.

Fiant aures tue intendentes. ad orationem serui tui.

Si iniquitatem obseruaberis domine. domine quis sustinebit.

Quia apud (te)[4] propitiatio est. et propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in uerbo tuo. sperabit anima mea in domino.

A uigilia matutina usque ad nocte†[5]. a custodia matutina speret Israhel in domino.

Quia apud dominum misericordia. (est)[6] et copiosa apud eum redemtio.

Et ipse redimet Israhel. ex omnibus iniquitatibus eius.

ORATIO. De profundis clamamus[7] ad te domine. atque inde speramus[7] inluminationem et querimus[7] pacem. et quia apud te est miseratio et copiosa redemtio. uel de scientie profunditate nos[7] instruas. uel de malorum dimersione nos[7] abstruas†[8]. sitque hec a te anime nostre[7] uicaria retributio. ut letetur[9] in tuo dono cuius sustinet fidelis in uerbo.

[1] uos] interlined.
[2] saepe...multitudo] *expugnauit* or some similar verb is wanted.
[3] ins. *A.*
[4] te] on erasure.
[5] read *noctem.*
[6] est] apparently an insertion.
[7] clamamus...nostre] the singular inflexions and pronouns *clamo*, etc., are interlined above by a minute hand throughout these passages, and in the benediction the first person (*me* etc.) replaces the second.
[8] read *abstrahas.*
[9] laetetur] the minute hand writes *leter.*

[AD] CONPLETORIA. A uigilia matutina usque ad nocte† speret in te plebs tua domine. ac deficiente mortis obscuro resurrectionis tuę fide resplendeat. donec ad inmortalitatis dona perueniat. tu es enim qui redimis Israhel ex omnibus iniquitatibus eius. Vt iam nulla disperatio quoartet resipiscentem a facinoribus reum. cum tuo /deleantur sanguine [col. 2. (nimium)†[1] maximumque delictum. pater.

BENEDICTIO. Benedictionum suarum super uos[2] dominus. benignus imbrem infundat. angelica uos[2] custodia protegat et nocturnum furem ę cubilibus nostris[2] expellat. Vt cingulo castitatis adstricti[2] nulla uos[2] ludificatio deterreat inimici.

CXXX [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Speret Israhel in domino ex hoc nunc et usque in seculum.*

Domine non est exaltatum cor meum neque ęlati sunt oculi mei. neque ambulabi in magnis. neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam. si exaltabi animam meam.

Sicut ablactatus super matrem suam. ita retribu(es)[3] in animam meam.

/Speret Israhel in domino. ex hoc nunc et usque in [f. 81.*b.* seculum.

ORATIO. Non exaltetur domine in superuia cor nostrum ut spiritu contribulati tibi possimus offerre sacrificium. Neque in altum subregnantur†[4] oculi. inconprehensibilia prescrutando. sed sicut ablactatum supra matrem suam te dominum natum passum mortuumque resurgentem ab inferis et regnantem in cęlis. corde integro confidentes†[5] edocante gratia enutriamur. quique nunc spiritalis uite alimenta tue†[6] incarnatione suscepimus ineffabilibus deliciis. cum tua apparuerit gloria satiemur.

CXXXI [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

Memento domine Dauid. et omnes mansunis†[7] eius.

Sicut iurabit /domino. uotum uobit deo Iacob. [col. 2.

Si introyero in tabernaculum domus meę. si ascendero in lectum stratus mei.

[1] nimium] corr. by the rubricator to *minimum*.
[2] Cf. note [7] p. 129.
[3] retribues] *es* on erasure.
[4] read *subregantur*.
[5] read *confitentes*.
[6] read *tua*.
[7] mansunis] altered by interlining to *mansuetudines*.

Si dedero somnum oculis meis aut palfebris meis dormitationem . aut requiem temporibus meis.

Donec inueniam locum domino . tabernaculum deo Iacob.

Ecce audiuimus eum in Eufrata . inuenimus eum in campi†[1] silue.

Introibimus in tabernaculo eius . adorabimus in lo(c)o[2] ubi steterunt pedes eius.

Exurge domine in requiem tuam . tu et arca sanctificationis tue.

Sacerdotes tui induantur iustitia . et sancti tui letentur in bonis.

Propter Dauid seruum tuum . non auertas faciem christi tui.

/REPETITIO. Iurabit dominus Dauid in ueritate et non [f. 82. frustrabit eum . de fructu uentris tui ponam super sedem meam.

Si custodierint filii tui testamentum meum et testimonia mea hec que docebo eos . et filii eorum sedebunt usque in ęternum super sedem meam.

Quoniam elegit dominus Syon preelegit eam . in hauitationem sibi.

Hec requies mea in seculum seculi . hic hauitabo quoniam preelegi eam.

Viduam eius benedicens benedicam . ( )[3] pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutare . et sancti eius exultatione exultabunt.

Illic producam cornu Dauid . parabi lucernam christo meo.

Ynimicos eius induam confusione . super ipsum autem /florebit sanctificatio mea. [col. 2.

ORATIO. Sacerdotes tui induantur iustitiam domine . hec uestis nuditatem operiat. Hec temtationum imbres amobeat . hec tegat fragiles . hec glorificet seniores. Huius ornamenta†[4] sanctificentur sancti . huius etiam operimentum†[4] muniantur infirmi.

ALIA ANTIPHONA. *Parabi lucernam christo meo.*

[ORATIO]. Domine uirtutum qui in Syon sanctus habitas . in eius receptaculis redemtos tuos congrega . et sacerdotes tuos meritum†[5] sanctificationis per ornata plenitudinem sapientia†[5] dita . ut predicamento legis seminantes in populis ut lucerna resplendeant . quo possint nomini tuo copiosa adquirere lucra . per quam etiam inimicos Christi tegmine confusionis operias . et sanctos /tuos sanctificationis flore respergas. [f. 82.*b*.

[1] read *campis*.
[2] loco] on erasure.
[3] erasure of *et*.
[4] read *ornamento . . . operimento?*
[5] meritum...sapientia] awaits emendation ; perh. *merito s. perorna ac plenitudine sapientiae*.

CXXXII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

ANTIPHONA. *Illic mandabit dominus benedictionem et uitam (usque)[1] in seculum.*

Ecce quam bonum et quam iucundum . hauitare fratres in unum.

Sicut ung(u)entum[2] a capite quod descendit in barbam ( )[3] barbam Aaron . quod descendit in hora uestimenti eius.

Sicut ros Ermon . quod descendit in montem Syon.

Quoniam illic mandabit dominus benedictionem . et uitam usque in seculum.

ORATIO. Manda deus benedictionem et uitam in eclesiam tuam . vt ungentum quod iam descendit in capite . maneat totum in corpore . eodemque spiritu ęclesiam tuam pasce . quo capud nostrum vnigenitum /tuum dignatus es adimplere. [col. 2.

CXXXIII [PSALMVS].

CANTICVM GRADVM.

Ecce nunc benedicite dominum . omnes serui domini.
Qui statis in domo domini . in atriis domus dei nostri.

In noctibus extollite manus uestras in sancta . et benedicite dominum.

Benedicat tibi dominus ex Syon qui fecit cęlum et terram.

ORATIO. Nunc te benedicimus domine . ut a te semper salbi effici mereamur . nunc te laudamus . ut a te perpetuam misericordiam consequamur. Tribuę dignum effectum per quod expleamus quod obtamus . et largiaris quod desideramus.

CXXXIIII.

ALLLEVIA.

ANTIPHONA. *Ego cognobi quod magnus est dominus et deus noster super omnes deos.*

/Laudate nomen domini . laudate serui domini. [f. 83.
Qui statis in domo domini . in atriis domus dei nostri.

Laudate dominum quia benignus dominus . psallite nomini eius quoniam suabe est.

Quoniam Iacob elegit sibi dominus . et Israhel in possessionem sibi.

[1] usque] interlined. [2] unguentum] *u* interlined.
[3] erasure of *in*.

Quia ego cognobi quod magnus est dominus . et deus noster ore omnibus diis.

Omnia quequumque uoluit (dominus)[1] fecit . in celo et in terra . in mari . et in omnibus abissys.

Educens nubes ab extrema terre . fulgura in plubiam fecit.

Qui producit uentos de tesauris suis . qui percussit primo genita Egypti ab homine usque ad pecus.

Emisit signa et prodigia in medio tui Egypte . in Faraone et in omnes seruos eius.

/Qui percussit gentes multas et . occidit reges mirabiles. [col. 2

Seon regem Amorreorum et O(g)[2] regem Basan . et omnia regna Canaan occidit.

Et dedit terram eorum hereditatem . hereditatem Israhel seruo suo.

Domine nomen tuum in ęternum . domine memoriale tuum in seculum seculi.

Quia iudicabit dominus populum suum . et in seruis suis consolabitur.

Simulacra gentium argentum et aurum . opera manuum hominum.

Os habent et non loquentur . oculos habent et non uidebunt.

Aures habent et non audient . nares habent et non odorabunt.

(Manus habent et non palpabunt . pedes habent et non ambulabunt.)[3]

Non clamabunt in gutture suo . neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis sunt qui faciunt ea . /et omnes qui confidunt [f. 83.*b*. in eis.

Domus Israhel benedicite domin(o)[4] . domus Aaron benedicite domino.

Domus Leui benedicite domino . qui timetis dominum benedicite domino.

Benedicat tibi dominus ex Syon . qui habitat in Iherusalem.

ORATIO. Laudamus te domine quia benignus et magnus es cuius magnitudinem et bonitatem et mirabilia testantur et opera. Magnus es igitur dum ex nicilo tam stupenda tamque multiplicia ( )reas.[5] Benignus autem dum pereuntem mundum Christi tui sanguine reparas . magnus dum ex mortuis cadabera suscitas. Benignus quum excitatis uitam interminabilem donas. Tribue nobis omnipotens deus supplicibus tuis et tante magni-

[1] dominus] interlined. [2] Og] *g* on erasure.

[3] manus...ambulabunt] in marg., probably not by the original hand. The verse, however, is critically on the same footing as the rest of the passage *nares...gutture suo*, being ultimately no doubt an intrusion from ps. cxiii. but attested by some Greek authority, including that of codex A as well as the Verona bilingual psalter.

[4] domino] *o* on erased *um*. [5] erasure, read *creas*.

/tudinis intelligere potestatem . et benignitatis tuę suscipere [col. 2. pacem.

CXXXV [PSALMVS].

Allelvia.

Antiphona. *In humilitate nostra memor fuit nostri dominus et redemit nos de manu inimicorum nostrorum.*

Confitemini domino quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

Confitemini deo deorum . quoniam in seculum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui fecit mirabilia magna solus . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui fecit celos in intellectu . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui firmabit terram super aquas . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui fecit luminaria magna /solus . quoniam in seculum [f. 84. misericordia eius.

Solem in potestate diei . quoniam in seculum misericordia eius.

Lunam et stellas in potestate noctis . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui percussit Egyptum cum primitiis suis . quoniam in [seculum misericordia eius].

Et ęduxit Israhel e medio eius . quoniam in seculum misericordia eius.

In manu forti et bracio excelso . quoniam in seculum mise[ricordia eius].

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones . quoniam in seculum [misericordia eius].

Et transduxit Israhel per medium eius . quoniam in seculum mise[ricordia eius].

Qui excussit Faraonem et exercitum eius in mare rubr(o)[1] . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui transduxit populum suum per desertum . quoniam in seculum [misericordia eius].

Qui ęduxit aquam de petra rupis . quoniam in seculum misericordia eius.

Qui percussit gentes† multas†[2] . quoniam in seculum misericordia eius.

[1] rubro] *o* on erasure.
[2] gentes multas] read *reges magnos ;* the variant comes from ps. cxxxiv.

/Et occidit reges mirabiles . quoniam in seculum miseri- [col. 2.
cordia eius.

Seon regem Amorreorum . quoniam in seculum misericordia eius.

Et Og regem Basan . quoniam in seculum misericordia eius.

Et omnia regna Canaan occidit . quoniam in seculum mise[ricordia eius].

Et dedit terra† eorum hereditatem . quoniam in seculum mise[ricordia eius].

Hereditatem Israhel seruo suo . quoniam in seculum misericordia eius.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri dominus . quoniam in seculum misericordia eius.

Et redemit nos de manu inimicorum nostrorum . quoniam in se[culum misericordia eius].

Qui dat escam omni carni . quoniam in seculum misericordia eius.

Confitemini deo celi . quoniam in [seculum misericordia eius].

Confitemini domino quoniam bonus . quoniam in seculum misericordia eius.

ORATIO. Confite( )mur[1] nomini tuo domine in humilitatis habundantia . qui solus facis mira/bilia magna . confitebimur [f. 84.*b*. etiam pabentes nostrorum delictorum admissa . sperantes de tua gloria ueniam . tu quippe noster redemtor spem nostram in te conloca . et errorum lapsibus fructos†[2] tue gratie remediis sana. Et ea que plage peccaminum nostris infigunt cordibus . indulgentialis largitas reparet confobendo . ac pro quibus merore consumimur . in quibus etiam duris nexibus inligamur . per te ab his intercessu uenie absoluamur . et de†[3] eternitatis glorie consolemur . amen.

CXXXVI [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

Super flumina Babilonis illic sedimus et flebimus . dum recordaremur tui Syon.

In salicibus in medio eius ( )[4]suspendimus /organa [col. 2. nostra.

Quia illic interrogaberunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba canticorum . et qui adduxerunt nos dixerunt nobis . ymnum cantate nobis de canticis Syon.

Quomodo cantabimus canticum domini . in terra aliena.

[1] confitemur] *a* erased.
[2] read *fractos*.
[3] awaits emendation.
[4] erasure of about three letters.

Si oblitus fuero tui Iherusalem . oblibiscatur me dextera mea.

Adereat[1] lingua mea faucibus meis . si tui non meminero.

Si non preposuero tui Iherusalem . in principio letitię meę.

Memento domine filiorum Edom in diebus Iherusalem . qui dixerunt exinanite exinanite usque ad fundamentum in ea.

Filia Babilonis misera . beatus qui retribuet tibi retributionem . quam tu retribuisti nolis.

Beatus qui tenet et allidet[2] . paruulos suos ad petram.

/ORATIO. Domine flumina Babilonis que sunt huius [f. 85. mundi perniciosas delectationes a nostris subtraę desideriis . ut non amore eius inereamus . sed deflendo respuamus. Nec nostra hac perniciosa delectatione ingurgite(mus)[3] concupiscentię† sed tibi deo nostro affectu tibi actu et seruiamus iugiter . et inereamus feliciter.

CXXXVII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *In conspectu angelorum tuorum tibi psallam domine.*

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam exaudisti omnia uerba oris mei . et in conspectu angelorum ( )[4] psallam tibi.

Adorabo ad templum sanctum tuum . et confitebor nomini tuo.

Super misericordiam et ueritatem tuam . quoniam magnifi/casti super omnia nomen sanctum tuum. [col. 2.

In quacumque die inuocabero te . uelociter exaudi me.

Multiplicasti animam meam . in ueritate tua.

Confiteantur tibi domine omnes reges terre . quoniam audierunt omnia uerba oris tui.

Et cantent in canticis domino . quoniam magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dominus et humilia respicit . et alta de longe agnoscit.

Si ambulabero in medio tribulationis uiuificabis me . et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam . et salbum me fecit dextera tua.

Domine retribuę pro me . domine misericordia tua in ęternum . opera manuum tuarum ne despicias.

[1] adhaereat] gloss . . . *ciat uel quod est apegue se uel barbaria.* . . .
[2] allidet] gloss illegible.
[3] ingurgitemus] *mus* interlined, perh. read *ingurgitetur concupiscentia.*
[4] erasure of one word.

ORATIO. In conspectu angelorum sanctorum tibi domine psallimus tuisque quorum†[1] electis te labiorum /confessione [f. 85.*b.* depromimus. Exaudi quesumus uerba oris nostri et da nobis premium muneris postulati.

CXXXVIII [PSALMVS].

PSALMVS IPSI DAVID.

ANTIPHONA. *Tu formasti me posuisti super me manum tuam domine.*

Domine probasti me et cognobisti me tu cognobisti sessionem[2] meam et resurrectionem meam. tu intellexisti cogitationes meas a longe.

Semitam meam et limitem[3] meum tu inuestigasti. et omnes uias meas preuidisti. quia non est dolus in lingua mea.

Ecce tu domine cognobisti omnia. nouissima et antiqua.

Tu formasti me. et posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia /tua. ex me confortata est [col. 2. nec potero ad eam.

Quo ibo ab spiritu tuo. et a facie tua quo fugiam.

Si ascendero in celum tu ibi es. et si descendero in infernum ades.

Si sumsero pinnas meas ante lucem. et hauitabero in postremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me. et tenebit me dextera tua.

Et dixi forsitan tenebre conculcaberunt me. et nox inluminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebre non obscurabuntur a te. et nox sicut dies inluminabitur.

Sicut tenebre eius ita et lumen eius. quoniam tu possides renes meos domine.

Suscepisti me de utero matris meę. confitebor /tibi [f. 86. domine. quia terribiliter mirificatus es.

REPETITIO. Mira opera tua deus. et anima mea nobit nimis.

Non est occultatum os meum a te que† fecisti in occultis. et substantia mea in inferioribus terre.

Inperfectum meum uiderunt oculi tui. et in libro tuo omnes scribentur.

Dii[4] firmabuntur. et nemo in eis.

[1] read *coram.*
[2] sessionem] gloss . . . *sedebam uel sedendo stabam.*
[3] limitem] gloss *transuersa in agris itinera.*
[4] i.e. *dies.*

Mici autem nimis honorificati sunt amici tui deus. ualde confortatus est principatus eorum.

Dinumera(bo)[1] eos et super arena maris multiplicabuntur. et surrexi. et adhuc tecum sum.

Si occidas deus peccatores uiri sanguinum declinate a me. quia dicitis in cogitationibus uestris. accipient in uanitate ciui/tates suas. [col. 2.

Nonne qui oderant te deus oderam illos. et super inimicos tuos tabescebam.

Perfecto odio oderam illos. et inimici facti sunt mici.

Proua me domine et scito cor meum. interroga me et cognos(c)e[2] semitas meas.

Et uide si uia iniquitatis in me est. et deduc me in uia ęterna.

ORATIO. Domine qui nouissima seculi et antiqua principii solus agnoscis. qui cogitationes hominum ocultas. in palam intelligis. qui ex utero materno manu tua formata†[3]. nostram suscipis creatam†[7]. inlumina tenebras nostras. et ne iterum pro deceptionibus prauis de terris†[4] obscuremur. inluminatione†[5] deliciosa nos gubernet in prosperis. ut scripti /in libro [f. 86.*b*. uite. uiam uite ęterne cum amicis tuis ingredi mereamur.

ALIA ANTIPHONA. *Mira opera tua deus et anima mea nobit nimis.*

[ORATIO]. Mira sunt domine opera tua sed mirabilior est tua sapientia. quam etsi semper scrutaberimus. inmensam semper adtendimus. eius enim totum sic tendit ad relicum. ut relicum eius habeatur pro totum[6]. Ergo inperfectum nostrum uide. et in libro tuo nostrorum omnium nomen scribe.

CXXXVIIII [PSALMVS].

IN FINEM PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Domine deus uirtus salutis mee obumbra capud meum in die belli.*

Eripe me domine ab homine malo. a uiro iniquo liuera me.

Quia cogitaberunt malitias in corde suo. tota die constituebant prelia.

/Acuerunt linguas suas sicut serpentes. uenenum [col. 2. aspidum sub labiis eorum.

Conserua me domine de manu peccatoris. ab omnibus iniquis liuera me.

[1] dinumerabo] *bo* interlined.
[2] cognosce] *c* interlined.
[3] perh. *formatam...creaturam.*
[4] perh. *deterius.*
[5] read *inluminatio.*
[6] i.e. *toto.*

Qui( )[1] cogitaberunt supplantare gressus meos . absconderunt superui laqueos mici.

Et funes extenderunt continuati pedibus meis . iuxta iter scandala posuerunt mici.

Dixi domino deus meus es tu . exaudi uocem deprecationis meę.

Domine deus uirtus salutis meę . obumbra capud meum in die belli.

Ne tradas me domine a desiderio meo peccatori . cogitaberunt aduersum me ne derelinquas me . ne umquam exaltentur.

Capud circuitus eorum. /labor labiorum ipsorum operiet [f. 87. eos.

Cadent super eos carbones ignis . et in igne deicies eos et in miseriis non subsistunt.

Vir linguosus non dirigetur super terram . uirum iniustum mala capiunt in interitu.

Cognobi quoniam faciet dominus iudicium inopis . et uindictam pauperis.

Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo . et hauitabunt recti cum facie tua.

ORATIO. Domine deus uirtus salutis nostre . obumbra capud nostrum in die belli . ne insidias patiamur inimici. Nec latentia sub inuidiorum† labiis auriamus uenena . et quia tu facis iudicium inopis . et uindictam pauperis . contemtu†[2] nostre abiectionis . bonitati†[3] tuę /conpensa diuitiis. [col. 2.

CXL [PSALMVS].

INTELLECTVS DAVID.

Domine clamabi ad te exaudi me . intende uoci orationis mee dum clamabero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo . eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum.

Pone domine custodiam ori meo . et ostium circumstantie labiis meis.

(u)t[4] non declines cor meum in uerbum m(alum)[5] ad . excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem . et non cominabor†[6] cum ęlectis eorum.

Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me . oleo autem peccatoris non inpinguet /capud meum. [f. 87.*b*

[1] Qui] erasure of one letter.
[2] read *contemptum*.
[3] read *bonitatis*.
[4] ut] rubric capital erased.
[5] malum] on erasure.
[6] cominabor] *compbinabor* Rom., *communicabo* Vulg.

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum . absorti†[1] sunt continuati petre iudices eorum . audierunt uerba mea quoniam potuerunt.

Sicut grassitudo terre eructuat super terram . ( )[2] dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

Quia ad te domine domine oculi mei . in te sperabi ne (euaques)[3] animam meam.

Custodi me (domine)[4] . a laqueo quem statuerunt mici . et ab scandalis operantibus iniquitatem.

Cadent in retia eius peccatores . singulariter sum ego donec transeam.

ORATIO. Clamamus ad te domine . propitius exaudi nos . ascendat oratio nostra ad tronum tuum . nostraque confessio deitati tuę redoleat incensum . /et eleuationem nostrarum manuum [col. 2. accepta in sacrificium uespertinum . pone ori nostro custodiam . ne dilabetur† in lingua maligna . sed dona ut te labiorum meditatio indesinenter predicet et in fidis cordibus fidei gratiam indubitanter insinues . per quem†[5] et peccatores fallaciam respuant . et benedictionis oleum a te conlatum accipiant.

CXLI [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Effundam in conspectu dei orationem meam tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo.*

Voce mea ad dominum clamabi . uoce mea deum deprecatus sum.

Effundam in conspectu (eius)[6] orationem meam . tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo.

In deficiendo in me spiritus meus . /et tu cognobisti [f. 88. semitas meas.

In uia hac quam ambulabam . absconderunt superui laqueos mici.

Considerabam a dextris et uidebam . et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga (a me)[7] . et non est qui requir(at)[8] animam meam.

Clamabi ad te domine dixi tu spes mea . portio mea in terra uiuentium.

Intende uoci orationis mee . quia humiliatus sum nimis.

[1] read *absorpti*.
[2] erasure of *ita*.
[3] euacues] this, the reading of Jerome's Hebrew version, is written perhaps by the orig. hand over an erasure (of *auferas ?*)
[4] domine] interlined.
[5] read *quam* ?
[6] eius] on erasure.
[7] a me] in red, on erasure.
[8] requirat] *at* on erasure.

Libera me a persequentibus me . quoniam confortati sunt super me.

Educ de carcere animam meam . ad confitendum nomini tuo.

(M)e[1] expectant iusti . donec retribuas mici.

ORATIO. Effundentibus in conspectu tuo orationem nostram domine misericors adiutor existe. Esto nostra portio . qui es nostra redemtio . sensus nostros solita benignitate dirige . /et semitas nostras directione cognosce . ut inter absconditos [col. 2. in hac uia qua gradimur laqueos . ita tui desiderio percurramus . ut†[2] placitam tibi fidei partem nunquam a tua uestigia declinemus.

CXLII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Exaudi me domine in tua iustitia ne intres in iudicio cum seruo tuo.*

Domine exaudi orationem meam . auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua.

Exaudi me in tua iustitia . et ne intres in iudicio cum seruo tuo . quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Quia persequutus est inimicus animam meam . humiliabit in terra uitam meam.

Conlocabit me in obscuris sicut mortuos seculi . et anxi/atus est in me spiritus meus . (et)[3] turbatum est cor [f. 88.*b.* meum.

Memor fui dierum antiquorum . et meditatus sum in omnibus operibus tuis . et in factis manuum tuarum meditabor.†[4]

Expandi manus meas ad te anima mea uelut terra sine aqua . uelociter exaudi me . domine defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me . et similis ero descendentibus in lacum.

[AD] MATVT[INVM]. *Auditam fac mici mane misericordiam tuam . quoniam in te sperabi domine.*

Demonstra mici uiam per quem†[5] ambulem . quia ad te domine animam meam leuabi.

Eripe me de inimicis meis domine . quoniam ad te confugi(bi).[6]

Doce me facere uolumtatem tuam . quia tu es deus meus.

Spiritus tuus bonus deducet me . in uiam rectam.

[1] Me] the rubric initial is almost erased.

[2] *ut in placitam tibi partem fidei uestigio occurramus* Lor., perh. *plac. t. f. partem ut nunquam a tuis uestigiis declinemus.*

[3] et] in red, in place of an erased word.

[4] read *meditabar.*

[5] read *quam.*

[6] confugibi] the last two letters are apparently added.

Propter nomen tuum domine uiuificabis me in ęquitate tua . et ęduces de tribulatione animam meam.

(e)t[1] in misericordia tua disperde inimicos meos. (E)t[1] perdes omnes qui (tri)bulant[2] /animam meam quoniam [col. 2. seruus tuus sum ego.

ORATIO. Exaudi nos domine in tua iustitia et ne intres in iudicio cum seruis tuis . nam si interroges . quid respondeat . si iratus adtendas . qui(s)[3] subsistat . si enim iustitiam queras . parum repperies . si pro peccatis adteras . recte condemnas . nullus enim apud te per se iustificabitur . nisi a te fuerit adiubatus . ergo quia ex nostro saluari non confidimus merito . misericordie tuę iustificemur auxilio . tuoque participes efficiamur in regno.

[AD] CONPLETORIA. Auditam fac nobis in luce misericordiam tuam domine . et in claritate qua iudex adueneris . resurrectionis digna percipiamus munera pietatis. Nec cum incredulis pereamus . sed cum fidelibus tuum aduentum suscipiamus . ut tibi in ęternum adereamus. pater.

BENEDICTIO. Benedicat uos dominus . qui uos ex maledicto redemit . et quod munere suo in uobis contulit sua uirtute confirmet . et ita uos presenti seculo /regat . ut ad ęternam [f. 89. beatitudinem remunerandos adtollat.

CXLIII [PSALMVS].

PSALMVS DAVID.

ANTIPHONA. *Misericordia mea et refugium meum susceptor meus et liberator meus.*

Benedictus dominus deus (meus)[4] qui docet manus meas ad bellum . digitos meos ad prelium.

Misericordia mea et refugium meum . susceptor meus et liberator meus.

Protector meus et in ipso sperabi . subiciens populos sub me.

Domine quid est homo quod innotuisti ei . aut filius hominis quod reputas eum.

Homo uanitatis similis factus est . dies eius sicut umbra preterierunt.

Domine inclina cęlos et descende . tange montes et fumigabunt.

Corusca coruscationes et dissipabis eos . emitte sagittas tuas . et conturuabis eos.

[1] et . . . Et] the position of the rubric initial has been altered.
[2] tribulant] *tri* interlined.
[3] quis] *s* above the line.
[4] meus] interlined.

Emitte manum tuam de alto . eripe et liuera me de aquis multis . et de manu filiorum alienorum.

Quorum os loquutum est uanitatem . /et dextera [col. 2. eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum nobum cantabo tibi . in psalterio decem cordarum psallam tibi.

Qui das salutem regibus et liberas Dauid serbum tuum de gladio maligno . eripe et libera me de aquis multis . et de manu filiorum alienorum.

Quorum os loquutum est uanitatem . et dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filii sicut nobella plantationis . stabilita a iubentute sua.

Filię eorum decorate circumhornate . ut similitudo templi.

Promtuaria eorum plena . eructuantia ex hoc in illud.

Oues eorum fetose[1] habundantes in itineribus suis . bobes eorum grasse.

Non est ruina macerie . neque transitus . neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hec sunt . beatus populus cuius est dominus deus eorum.

ORATIO. Misericordia nostra et refugium nostrum domine . libera nos de aquis multis . et de manu filiorum alienorum . ut te defensante nec temtationum multitudo /nos noceat . [f. 89.*b.* nec peccatorum opera diabolo auctore prolata prosternat†[2] . neque felices arbitremur . qui temporalium redundant habundantia rerum . sed in illo beatorum connumeremur populo . qui in te omnia et te pro omnibus habere meruit deum.

CXLIIII [PSALMVS].

LAVDATIO DAVID.

ANTIPHONA. *Suabis dominus uniuersis et miserationes eius super omnia opera eius.*

Exaltabo te domine rex meus et deus meus . et benedicam nomen tuum in ęternum et in seculum seculi.

Per singulos dies benedicimus te . et laudamus nomen tuum in ęternum et in seculum seculi.

Magnus dominus et laudabilis nimis . et magnitudinis eius non est finis.

(Generatio et generatio laudabunt nomen tuum et potentiam tuam pronuntiabunt.)[3]

[1] fetosae] gloss *pregnatas uel liberatas a partu.* [2] read *prosternant.*
[3] Generatio...pronuntiabunt] inserted in the margin in different ink.

Magnificentiam magestatis tuę . et sanctitatem tuam loquentur et mirabilia tua narrabunt.

Virtutem terribiliorum tuorum dicent . et magnificentiam tuam (narrabunt).[1]

Memoriam habundantie suabitatis tue eructuabunt . et in /tua iustitia exaltabuntur. [col. 2.

Miserator et misericors dominus patiens et multum misericors . et sanctus in omnibus operibus suis.

Suabis dominus uniuersis . et miserationes eius . super omnia opera eius.

Confiteantur[2] tibi domine omnia opera tua . et sancti tui benedicent tibi.

Gloriam regni tui dicent . et potentiam tuam ( )[3] loquentur.

Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam . et gloriam magnificentiam†[4] regni tui.

ANTIPHONA. *Regnum tuum domine regnum (et)[5] sempiternum et dominatio tua in omni progenie et generatione.*

REPETITIO. Regnum tuum domine regnum omnium seculorum . et dominatio tua in omni progenie et generatione.

Fidelis dominus in uerbis suis . et sanctus in omnibus operibus suis.

Erigit dominus omnes qui ruunt . et corrigit omnes elisos.

Oculi hominum in te sperant domine . et tu das escam illis in tempore oportuno.

/Aperis tu manum tuam . et imples omnem animam [f. 90. benedictionem.†[6]

Justus dominus in uiis suis . et sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est dominus . omnibus inuocantibus eum in ueritate.

Voluntatem timentium se faciet . et orationes eorum exaudiet et saluos faciet eos.

Custodit dominus omnes diligentes se . et omnes peccatores disperdet.

Laudem domini loquetur os meum . et benedicet omnis caro nom(en)[7] sancto eius . in ęternum et in seculum seculi.

ORATIO. Domine qui omnibus prope es et qui ab alico nisi a te recesserit non recedes . esto nobis uel circumfusus ad custodiam uel infusus ad gratiam . fac uolutatem†[8] timentium te . quia

[1] narrabunt] on erasure.
[2] confiteantur] a cross is placed in the margin (not in the original ink) against this verse.
[3] erasure of about three letters.
[4] read *magnificentiae.*
[5] et] inserted.
[6] read *benedictione.*
[7] nomen] the original hand gives *nomini*, altered by the rubricator.
[8] read *uoluntatem.*

insinuas timorem . quum exaudieris precem. Et addes nomini tuo laudem . miseratione placida . quum propitiatus fueris . orationes[1] susceptas.

ORATIO. Prope esto domine omnibus in ue/ritate inuo-[col. 2. cantibus . qui ne a te elongentur peccando tibi inereant obsequendo. Et qui facis uoluntatem timentium (te)[2] orationes nostras clemens auditor suscipe et petita remedia propitius prebe . inimicum anime nostre disperde . et diligentes†[3] te obtimus custus adesse dignare. Ac sicut tu in uiis tuis es iustus . et in operibus sanctus . ita iustificando itinera nostra qua a†[4] te properare nitimur dirigas . et sanctificatos ad benedicendum te in congregatione ęlectorum adducas.

CXLV [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Dominus erigit elisos dominus soluet conpeditos dominus inluminat cecos.*

Lauda anima mea dominum . laudabo d(eum)[5] in uita mea psallam deo meo quamdiu ero.

Nolite confidere in principibus . neque in filiis hominum in quibus non est salus.

Exiet spiritus eorum et reuertetur in terram suam . in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

/Beatus cuius deus Iacob adiutor eius . spes eius in [f. 90.*b*. domino deo ipsius . qui fecit celum et terram . mare et omnia quę in eis sunt.

Qui custodit ueritatem a seculo facit iudicium iniuriam patientibus . et dat escam esurientibus.

Dominus erigit elisos dominus solbet conpeditos[6] . dominus inluminat cecos dominus diriget iustos.

Dominus custodit aduenam . pupillum et uiduam suscipiet . et. uias peccatorum exterminabit.

Regnabit dominus in ęternum . deus tuus Syon in seculum seculi.

ORATIO. Domine qui erigis elisos . et solues conpeditos atque inluminas cecos . nosque[7] erige cum lapsos†[8] inclinant . et solue cum peccata circumligant . atque inlumina cum nos ignorantię caligo circumdat . ut et anima nostra te semper laudet . et uita illa†[9]

[1] read *et orationes ?*
[2] te] inserted later.
[3] perh. *diligentis.*
[4] read *qui ad ?*
[5] deum] on erasure of *dominum.*
[6] conpeditos] gloss *bene ligatos.*
[7] *nos quoque* Lor.
[8] *lapsus* Lor.
[9] perh. om. *illa ; uita nostra fid. deu. sit humilis* Lor.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

fideli deuotione . ac humili seruitute. Et quia tui muneris est quod sumus . tibi seruiat omne quod uiuimus.

CXLVI [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Qui sanat contritos /corde et alligat [col. 2. contritiones eorum magnus dominus noster et magna uirtus eius.*

Laudate dominum quoniam bonus est psalmus . deo nostro iucunda sit laudatio.

Edificans Iherusalem dominus . et dispersos Israhel congregans.

Qui sanat contritos corde . et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum . et omnibus eis nomina uocat.

Magnus dominus (noster)[1] et magna uirtus eius . et sapientie eius non est numerus.

Suscipie(ns)[2] mansuetos dominus . humiliat autem peccatores usque ad terram.

Incipite domino in confessione . psallite deo nostro in cithara.

Qui operit celum nubibus . et parat terre plubiam.

Qui producit in montibus fenum . et erbam seruituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum . et pullis corborum inuocantibus eum.

Non in uiribus equi uolumtatem hauebit . neque in tabernaculis uiri beneplacitum est ei.

Beneplacitum est domino super timentes eum . /et in eos [f. 91. qui sperant in misericordia eius.

ORATIO. Domine qui sanas contritos corde . nostris uulneribus salutiferam medellam infunde . et peccatis finem pone . atque bene uiuendi ordinem tribue . ut mereamur consequi beatitudinem . qui te ueneramur auctorem.

CXLVII [PSALMVS].

ALLELVIA.

ANTIPHONA. *Iherusalem lauda (dominum)[3] deum tuum Syon lauda.*

Lauda Iherusalem dominum . conlauda deum tuum Syon.

Quoniam confortabit seras[4] portarum tuarum . benedixit filios tuos in te.

Qui posuit fines tuos pacem . et adipe frumenti satians te.

[1] noster] interlined.
[2] suscipiens] *ns* on erasure.
[3] dominum] interlined.
[4] seras] gloss *firmatura hostii.*

Qui emittit eloquium suum terre . uelociter currit sermo eius.

Qui dat nibem sicut lanam . nebulam uelut cinerem adspargit.

Qui emittit cristallum suum tamquam frusta[1] panis . ante faciem frigoris eius qui†[2] subsistit.

Mittit uerbum suum et liquefaciet ea . flat spiritus eius et fluent aquę.

Pronuntians uerbum suum Iacob. /iustitia†[3] et iudicia [col. 2. sua Israhel.

Non fecit taliter omni nationi . et iudicia sua non manifestabit eis.

ORATIO. Laudet te domine Iherusalem pax sanctorum qui†[4] in eo expletur . quum ad te contemplandum dirigitur et magis beatificatur quum te fruitur. Da nobis tibi aderere indesinenter . ut tecum iustis laudare mereamur perseueranter.

CXLVIII [PSALMVS].

ALLELVIA.

Laudate dominum de cęlis . laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius . laudate eum omnes uirtutes eius.

Laudate eum sol et luna . laudate eum omnes stelle et lumen.

Laudate eum cęli cęlorum . et aque que supra celos sunt . laudent nomen domini.

Quia ipse dixit et facta sunt . ipse mandabit et creata sunt.

Statuit ea in ęternum et in seculum seculi . preceptum posuit et non preteribit.

Laudate dominum de terra . dracones et omnes abissi.

Ignis grando nix glacies . spiritus tempestatis qui facitis uerbum eius.

Montes et omnes colles . ligna fructifera et omnes cedri.

/Bestie et uniuersa pecora . serpentes et uolucres [f. 91.*b*. pennate.

Reges terre et omnes populi . principes et omnes iudices terre.

Iubenes et uirgines seniores cum iunioribus . laudent nomen domini.

Quia exaltatum est nomen eius solius . confessio eius super cęlum et terram.

Et exaltabit cornu populi sui . ymnus omnibus sanctis eius . filiis Israhel populo adpropinquanti sibi.

[1] frusta] altered from *frustra* ; gloss *particula uel bucella.*
[2] read *quis.*
[3] read *iustitiam.*
[4] read *quae.*

ORATIO. Te in excelsis domine laudant[1] angeli ac uirtutes . tibi de terra det laudem omne quod a te auctorem sumit originem . et qui supernorum laudaris officiis . terrestrium semper delecteris obsequiis . magestatem ergo tuam nostra simul ac superna honoret deuotio . et in omnis creature sensibus uigilet tua eterna laudatio.

CXLVIIII [PSALMVS].

ALLELVIA.

Cantate domino canticum nobum . laus eius in eclesiis sanctorum.

Letetur Israhel in eo qui fecit ipsum . et filii Syon exultent super regem suum.

/Laudent nomen eius in coro . in timphano et [col. 2. psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo . et exaltabit mansuetos in salute.

Exultabunt sancti in gloria . et letabuntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in faucibus eorum . et gladii bisacutis†[2] in manibus eorum.

Ad faciendam uindictam in nationibus . increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in conpedibus . et nobiles eorum in uinculis ferreis.

Ut fiat in eis iudicium conscriptum . gloria hec est omnibus sanctis eius.

ORATIO. Lętetur Israhel in te domine . quia te fatetur creatorem te agnoscent†[3] suum esse redemtorem . nos igitur quia in te ueraciter confidimus . et salubriter tua mirabilia enuntiamus . tua quesumus misericordia circumdemur.

CL [PSALMVS].

ALLELVIA.

Laudate dominum in sanctis eius . laudate eum in firmamento uirtutis eius.

Laudate eum in potentatibus . laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius/....[4]

[1] *laudent* Bianch, but the indicative is to be preferred.
[2] read *bisacuti*.
[3] read *agnoscit* ?
[4] after f. 91 a quire is wanting.

[LIBER CANTICORVM.]

[XVII CANTICVM].

...[1]/pedum tuorum omnes qui detraebant tibi. [f. 92.

Et uocabunt te ciuitatem domini Syon sancti Israhel. pro eo quod fuisti derelicta. et odio habita. (et non erat)[2] qui per te transiret.

Ponam te in superuia seculorum. gaudium in generatione et generatione.

Et sugges lac gentium. et mammillas regum lactaberis.

Et scies quia ego dominus saluans te. et redemtor tuus fortis Iacob.

Pro eree†[3] afferam aurum. et pro ferro afferam argentum et pro lignis es. et pro lapidibus ferrum.

Et ponam uisitationem tuam pacem. et prepositos tuos iustitiam.

Non audietur ultra iniquitas in terra tua. uastitas et contritio in terminis ( )[4] tuis.

Et occupabit salus muros tuos. et portas tuas laudatio.

Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem. nec splendor lune inluminabit te.

/Sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. et deus [col. 2.
tuus in gloriam tuam.

Non occidet ultra sol tuus. et luna tua non minuetur.

Quia dominus erit tibi in lucem sempiternam. et conplebuntur (omnes)[5] dies luctus tui.

Populus autem tuus omnes iusti. in perpetuum hereditabunt terram.

Germen plantationis mee. (et)[6] opus manuum mearum ad glorificandum.

Minimus erit in mille. et paruulus in gentem fortissimam.

Ego dominus in tempore eius. subito faciam istud.

XVIII [CANTICVM].[7]

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE IN ALLISIO† INFANTVM.

ANTIPHONA. *Quiescat uox tua a fletu et oculi tui a luctu quia mercis tua ayt dominus.*

[1] For cantica i—xvii (*v.* 14) which are lost, see Lorenzana's text, Migne lxxxvi. col. 845. The text of this canticle (Is. lx.) is in the main the Vulgate.

[2] et non erat] inserted in different ink.

[3] i.e. *aere*.

[4] erasure of three or four letters.

[5] omnes] added.

[6] et] added.

[7] Cant. xviii] Jer. xxxi. 15–22, Vulg.

Hec dicit dominus. uox in excelso audita est lamentationis fletus et (luc)tus.[1]

Racel plorans filios suos. et nolentis consolari super eos quia non sunt.

Hec dicit dominus quiescat uox tua /a ploratu. et oculi [f. 92.*b.* tui a lacrimis. quia est mercis operi tuo ayt dominus.

Et reuertentur de terra inimici. et est spes nobissimis tuis ayt dominus.

Et reuertentur filii ad terminos suos.

Audiens audiui Efraym transmigrantem.

Castigasti me et eruditus sum. quasi iubenculus indomitus.

Conuerte me et reuertar. quia tu es dominus deus meus.

Postquam enim conuertisti me egi penitentiam. et postquam hostendisti mici percussi femur meum.

Confusus sum et erubui. quoniam sustinui obprobrium adulescentie mee.

Si filius honorabilis mici Efraym. si puer delicatus quia ex quo locutus sum de eo. adhuc recordabor eius.

Idcirco conturbata sunt uiscera mea super eum. miserans miserebor eius ayt dominus.

Statue tibi speculum. pone /tibi amaritudine(s)[2] dirige [col 2. cor tuum in uiam rectam in qua ( )[3] ambulasti.

Reuertere uirgo Israhel. reuertere ad ciuitates tuas istas.

Vsquequo deliciis dissolueris filia uaga quia creabit dominus nobum super terram. femina circumdabit uirum.

XVIIII [CANTICVM].[4]

INCIPIVNT CANTICI DE QVADRAGESIMA.

CANTICVM ESAYE PROPHETE. (ANTIPHONA).[5]

Clama ne cesses dicit dominus. quasi tuba exalta uocem tuam.

(e)t[6] adnuntia populo meo scelera eorum. et domui Iacob peccata eorum.

Me enim de die in diem querunt. et scire uias meas uolunt.

Quasi gens que iustitiam fecerit. /et que iudicium dei [f. 93. sui non dereliquerit.

Rogant me iudicia iustitię. adpropinquare deo uolunt.

Quare ieiunabimus et non aspexisti. humiliauimus animas nostras et nescisti.

[1] luctus] on erasure (of *ululatus ?*)
[2] amaritudines] *s* inserted.
[3] two letters erased.
[4] Cant. xix] Is. lviii. 1–9, Vulg.
[5] ANTIPHONA] inserted.
[6] rubric initial erased.

Ecce in die(m)[1] ieiunii uestri inuenitur uolu(m)tas[2] . et omnes deuitores uestros repetitis.

Ecce ad lites et ad conte(n)tiones[3] ieiunatis . et percutitis pugno impie.

Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem . ut audiatur in excelso clamor uester.

Numquid tale est ieiunium quod elegi . per diem affligere hominem animam suam.

Numquid contorquere quasi circulum capud suum . et sacco et cinere sternere.

Numquid istu(d)[4] uocabis ieiunium . et diem acceptabilem domino.

Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi . (D)issolbe[5] colligationes /impietates†[6] . solbe fasciculos deprimentes. [col. 2.

Dimitte eos qui confracti sunt liberos . et omne honus disrumpe.

Frange esurienti panem tuum . et egenos uagosque induc in domum tuam.

Quum uideris nudum ( )operi[7] eum . et carnem tuam ne dispexeris.

Tunc erumpet quasi mane lumen tuum . et sanitas tua citius orietur.

Et anteibit faciem tuam iustitiam†[8] . et gloria domini colliget te.

Tunc inuocabis et dominus exaudiet . clamabis et dicet ecce adsum.

XX [CANTICVM].[9]

Canticvm iheremie prophete.

Recordare domine quid acciderit nobis . intuere et respice obprobrium nostrum.

Hereditas nostra uersa est ad alienos . domus nostra ad extraneos.

Pupilli facti sumus absque patre . matres nostre quasi uidue.

/Aquam nostram in pecunia bibimus . ligna nostra [f. 93.*b*. pretio comparauimus.

Ceruicibus minabamur . la( )sis[10] et non dabatur requies.

Egypto dedimus manum et Assiriis . ut saturaremur panem.†

[1] diem] *m* originally written in full, but erased and a contraction mark added later.
[2] uolumtas] *p* written over the *m*.
[3] contentiones] *m* altered to *n*.
[4] istud] *m* altered to *d*.
[5] Dissolve] the rubric initial is later.
[6] read *impietatis*.
[7] erasure of about three letters (*quo?*)
[8] read *iustitia*.
[9] Cant. xx] Jeremiah's prayer, Thren. v., Vulg.
[10] lassis] *p* erased.

Patres nostri peccauerunt et non sunt . (et)[1] nos iniquitates eorum portauimus.

Serui dominati sunt n(ostri)[2] . et non fuit qui redimeret nos de manibus eorum.

In (anima)bus[3] nostris afferabamus† panem nobis . a facie gladii in deserto.

Pellis nostra quasi clibanus exusta est . a facie tempestatum famis.

Mulieres in Syon humiliauerunt . et uirgines in ciuitatibus Iuda.

Principes manu suspensi sunt e facies senum non erubuerunt.

Adulescentibus impudice abusi sunt . et pueri in ligno corruerunt.

Senes de portis defecerunt . iubenes de coro psallentium.

Defecit gaudium cordis nostri ( )[4] uersus est in [col. 2. luctu corus noster.

(c)ecidit[5] coronam† capitis nostri . ue nobis quoniam peccauimus.

Propterea mestum factum est cor nostrum . ideo contenebrati sunt oculi nostri.

Propter montem Syon quia disper( )it[6] . uulpes ambulaberunt per eum.

Tu[7] autem domine in eternum permane(s)[8] . et solium tuum in generatione et generatione.

Quare ( )[9] in perpetuum oblibisceris nostri . derelinque(s nos)[10] in longitudine dierum.

Conuerte (nos)[11] domine ad te et conuertemur . (in)noua[12] dies nostros sicut a principio.

Sed proiciens reppulisti nos . iratus es contra nos ueementer.

XXI [CANTICVM].[13]

CANTICVM NEEMIE PROPHETE DE LIBRO ESDRE.

ANTIPHONA. *Miserere deus magne terribilis qui custodis pactum et misericordiam diligentibus te et custodientibus mandata tua.*

[1] et] on erasure.
[2] nostri] on erasure.
[3] animabus] on erasure.
[4] erasure of *et*.
[5] cecidit] rubric initial altered to small letter.
[6] erasure of *i*.
[7] Tu autem] before this verse is inserted in black the mark R[epetitio].
[8] permanes] *s* on erasure.
[9] three or four letters erased.
[10] derelinques nos] on erasure.
[11] nos] interlined.
[12] innoua] on erasure.
[13] Cant. xxi] 2 Esdr. i. 5–11.

Queso domine deus cęli fortis magne atque terribilis . qui custodis /pactum et misericordiam cum his qui te [f. 94. diligunt . et custodiunt mandata tua.

Fiat auris tua ( )[1] abscultans et oculi tui aperti . ut audias orationem serui tui . que† ego oro coram te odie nocte et die pro filiis Israhel seruis tuis.

Et confiteor pro peccatis filiorum Israhel ( )[2] quibus peccaberunt tibi . (et)[3] ego et domus patris mei.

Peccabimus uanitate seducti sumus . et non custodiuimus mandatum et cerimonias atque iudicia . que precepisti Moysi seruo tuo.

Memento uerbi quod mandasti Moysi famulo tuo dicens. (q)uum[4] transgressi fueritis ego dispergam uos in populis.

Et si reuert(i)mini[5] ad me et custodiatis mandata (mea)[6] . et faciatis ea.

Etiam si adducti fueritis ad extrema cęli inde congrega/bo uos . et inducam (in locum)[7] quem elegi . ut habi- [col. 2. taret nomen meum ibi.

Et ipsi serui tui et populus tuus . quos redemisti in fortitudine tua magna . et in manu tua ualida.

Obsecro domine sit auris tua (in)tendens[8] ad orationem serui tui . et ad oratione(s)[9] seruorum tuorum qui uolunt timere nomen tuum.

Et dirige seruum tuum odie . et da ei misericordiam ante uirum hunc.

XXII [CANTICVM].[10]

Oratio manasse regis de libro paralipomenon.

Antiphona. *Peccabi domine peccaui et iniquitatem meam ego agnosco.*

Deus altissimus magnanimis . miserator et multe misericordię . patiens super mala hominum.

Tu ergo domine secundum multitudinem bonitatis tue promisisti indulgentiam et remissionem delinquentibus tibi . /et habundantia misericordie tue statuisti penitentiam [f. 94.*b*. peccatoribus ad salutem.

Tu ergo domine deus iustorum . non posuisti penitentiam

[1] erasure of about ten letters.
[2] erasure of *in*.
[3] et] on erasure.
[4] quum] *q* in red on erasure.
[5] reuertimini] *i* on erasure.
[6] mea] replaces an erased word.
[7] in locum] interlined.
[8] intendens] *in* on erasure.
[9] orationes] altered from *orationem*.
[10] Cant. xxii] Or. Man. 7–15. There is no translation of this book by St. Jerome, but the version in the authorised Vulgate is different from this, which more nearly follows the (original?) Greek text testified to by the Didascalia Apostolorum.

iustis tuis Abraham Ysaac et Iacob . qui non peccauerunt tibi . sed posuisti penitentiam mihi peccatori.

Quoniam super numerum arene maris habundauerunt iniquitates mee . et non est declinatio multitudinis delictorum meorum.

Et nunc iuste contineor . (et)[1] digne conprimor percurbat(u)s (in)[2] multis uinculis ferreis . ad non erigendum caput.

Quoniam non sum dignus aspicere et uidere altitudinem cęli . pre iniustitiis meis.

Quoniam irritabi furorem tuum . et feci malum coram te.

Statuens abominationes . et multiplicans odiositates.

Et nunc flecto genua cordis mei . precans a te bonitatem.

Peccaui domine peccaui . et iniquitatem meam ego [col. 2. agnosco.

Ne perdas me cum iniquitatibus meis . neque in finem iratus contineas mala mea neque condemnaueris me cum (h)is[3] qui sunt in inferiora terre.

Tu es enim deus penitentium . ut in me hostendas bonitatem tuam.

Indignum me saluabis secundum multitudinem misericordie tue . et glorificabo nomen tuum in omni uita mea.

Quoniam te laudat omnis uirtus celorum . et tibi est gloria in secula seculorum.

XXIII [CANTICVM].[4]

Canticvm tobi.

Magnus es domine in eternum . et in omnia secula regnum tuum.

Quoniam tu flagellas et saluas . ducis ad infernum et reducis . et non est qui effugiat manum tuam.

Confitemini domino filii Israhel . et in conspectu gentium laudate eum.

/Quoniam ideo dispersit uos in gentes que ignorant [f. 95. eum . ut uos narretis mirabilia eius . et faciatis scire eos quia non est alius deus omnipotens preter eum.

Ipse castigabit nos propter iniquitates nostras . et ipse saluabit nos propter misericordiam suam.

Aspicite ergo que fecit uobiscum timore et tremore confitemini illi . regemque seculorum . laudate et exultate†[5] eum in operibus uestris.

Ego autem in terra cabtiuitatis mee confitebor illi . quoniam hostendit magestatem suam super gentem peccatricem.

[1] et] interlined.
[2] percurbatus] *u* on erasure ; *in* interlined.
[3] his] *h* interlined.
[4] Cant. xxiii] Tob. xiii. 1–10, Vulg.
[5] read *exaltate*.

Conuertimini itaque peccatores et facite iustitiam coram deo . credentes quod faciet uobiscum misericordiam suam.

Ego autem et anima mea . in eo letabitur.

Benedicite domin(o)[1] omnes electi eius . agite diem letitię et confitemini illi.

XXIIII [CANTICVM].[2]

CANTICVM DE LIBRO /IHESV FILII SYRAC. [col. 2.

Miserere (nostri)[3] deus omnium et respice nos . et hostende nobis lumen miserationis tue.

Et inmitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te . et cognoscant quia non est deus nisi tu . ut enarrent magnalia tua.

Alleua manum tuam super gentes alienas . ut uideant potentiam tuam.

Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis . sic in conspectu nostro magnificaueris in illis.

Vt cognoscant te sicut et nos cognouimus . quoniam non est deus preter te domine.

Innoba signa . et inmuta mirauilia.

Glorifica manum et brachium dextrum.

Excita furorem . et effunde iram.

Extolle aduersarium . et afflige inimicum.

Festina tempus et memento finis . /ut enarrent mag- [f. 95.*b*.
nalia tua.

In ira flamme deuorentur qui saluantur . et qui pessimant plebem tuam . inuenient perditionem.

Contere caput principum inicorum . dicentium non est alius preter nos.

Congrega omnes tribus Iacob et cognoscant quia non est deus nisi tu (u)t[4] enarrent magnalia tua . et hereditabis eos sicut ab initio.

Miserere pleui tue super quam inuocatum est nomen tuum . et Israhel quem quoequasti primogenito tuo.

Miserere ciuitati sanctificationis tue Iherusalem . (ciuitati)[5] requiei tue.

Reple Syon inenarralibus†[6] uirtutibus tuis . et gloria tua populum tuum.

Da testimonium qui ab initio creature tue sunt . et suscita precationes quas locuti sunt /in nomine tuo prophete [col. 2.
priores.

[1] domino] *o* on erased *um*.
[2] Cant. xxiv] Ecclus. xxxvi. 1–19.
[3] nostri] interlined.
[4] ut] *u* on erasure.
[5] ciuitati] on erasure.
[6] read *inenarrabilibus*.

Da mercedem sustinentibus te. (u)t[1] prophete tui fideles inueniantur et exaudies orationes seruorum tuorum.

Secundum benedictionem Aaron da populo tuo. et dirige nos in uiam iustitie.

(u)t[2] sciant omnes qui inabitant terram. quia tu es deus conspector seculorum.

XXV [CANTICVM].[3]

CANTICVM AZARIE DE LIBRO DANIELIS PROPHETE.

ANTIPHONA. *Quecumque domine fecisti nobis uero iudicio fecisti. et hec omnia propter peccata nostra.*

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. et laudabilis et gloriosum nomen tuum in secula.

Quia iustus es in omnibus que fecisti nobis. et uniuersa opera tua uera. et uie tue recte. et omnia iudicia tua uera.

Iudicia enim uera fecisti iuxta omnia que induxisti [f. 96. super nos. et super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Iherusalem.

Quia in ueritate et iudicio induxisti omnia hec. propter peccata nostra.

Peccauimus enim et inique egimus recedentes a te. et deliquimus in omnibus. et precepta tua non audiuimus nec obseruabimus nec fecimus sicut preceperas nobis. ut bene nobis esset.

Omnia ergo que induxisti super nos. et uniuersa que fecisti nobis. uero iudicio fecisti.

Et tradidisti nos in manibus ini(mi)corum[4] inicorum pessimorum. preuaricatorumque et regi iniusto et pessimo. ultra omnem terram.

Et nunc non possumus aperire os. confusio et obprobrium facti sumus seruis tuis. et his qui colunt te.

Ne quęsumus tradas nos in perpetuum propter nomen [col. 2. tuum. neque dissipes testamentum tuum. neque auferas misericordiam tuam a nobis.

REPETITIO. Propter Abraham dilectum tuum. et Ysahac seruum tuum. et Israhel sanctum tuum quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stell(e)[5] celi. et uelut arena que est in litore maris.

Quia domine inminuti sumus plusquam omnes gentes.

[1] ut] *u* on erasure.
[2] ut] *u* on erased rubric initial.
[3] Cant. xxv] Dan. iii. 26–45, chiefly Vulg.
[4] inimicorum] *mi* interlined, probably by the original hand.
[5] stelle] on erasure.

sumusque humiles in uniuersa terra odie propter peccata nostra.

Et non est in hoc tempore princeps . propheta et dux.

Neque olocaustum . neque sacrificium . neque oblatio . neque incensum . neque locus primitiarum coram te . ut possimus inuenire misericordiam.

Sed in anima contrita . et in spiritu humilitatis suscipiamur . sicut (in)[1] olocaustis ariętum et taurorum . et sicut in milibus agnorum pinguium . sic fiat /sacrificium nostrum in [f. 96.*b.* conspectu tuo odie ut placeat tibi.

Et perfice subsequentes te . quoniam non est confusio confidentibus in te.

Et nunc sequimur in toto corde nostro (et)[2] timemus te . et querimus faciem tuam ne confundas nos.

Sed fac nobiscum secundum mansue(tudinem[3] tuam . et secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in) mirabilibus tuis . et da gloriam nomini tuo domine.

Confundantur omnes qui hostendunt seruis tuis mala.

Confundantur in omni potentia sua . et robur eorum conteratur.[4] (

Et scient) quia tu es dominus (deus)[5] solus . et gloriosus in uniuerso orbe terrarum.

XXVI [CANTICVM].[6]

INCIPIVNT CANTICI DE TRADICTIONE DOMINI.

CANTICVM DE LIBRO MACCABEORVM.

ANTIPHONA. *Domine domine deus omnium creator terribilis et fortis iustus et misericors congrega dispersionem nostram liuera eos qui seruiunt gentibus.*

/ Domine domine deus omnium creator . terribilis et fortis [col. 2. iustus et misericors.

Qui solus es rex bonus . solus prestans solus iustus omnipotens (et)[7] eternus.

Qui liberas Israhel de omni malo . qui fecisti patres electos et sanctificasti eos.

Accipe sacrificium pro uniuerso popolo tuo Israhel . et custodi partem tuam et sanctifica.

[1] in] interlined.
[2] et] interlined later.
[3] mansuetudinem...erue nos in] written later over an erasure of about half the length.
[4] after *conteratur* a whole line is erased, and *Et scient* is also on erasure.
[5] deus] interlined.
[6] Cant. xxvi] 2 Macc. i. 24–29.
[7] et] interlined.

[1](c)ongrega dispersionem nostram. (L)iuera eos qui seruiunt gentibus. contemtos et abominatos respice. (V)t[2] sciant gentes quod tu es deus noster.

Afflige conprimentes. et contumeliam facientes in superuia.

Constitue populum tuum in loco sancto tuo. sicut dixit Moyses.

XXVII [CANTICVM].[3]

Canticvm iheremie prophete.

Antiphona. *Quasi agnus mansuetus ductus sum ad uictimam.*

/Tu domine demonstrasti mihi. et ego cognoui. [f. 97.

Nunc hostendisti mihi studia eorum. et† saluam fecisti a persequentibus animam meam.†[4]

Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam.

E(t nunc)[5] cognoui quia super me cogitauerunt consilia.

Mittamus lignum in pane eius. et eradamus eum de terra uiuentium. et nomen eius non memoretur amplius.

Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et probas renes et cor( )[6]. uideam queso ultionem tuam ex eis. tibi enim reuelabi causam meam.

Iustus quidem tu es domine si disputem tecum. uerumtamen iuxta[7] loquar ad te.

Quare uia impiorum prosperatur. bene est omnibus qui preuaricantur et inique agunt.

Plantasti eos et radicem miserunt. proficiunt et faciunt fructum.

Prope es tu ori eorum. et longe a renibus eorum.

/Et tu domine nosti me et uidisti me. et probasti cor [col. 2.

meum tecum.

Congrega eos quasi gregem ad uictimam. et sanctifica (illos)[8] in die(m)[9] occisionis.

XXVIII [CANTICVM].[10]

Canticvm iheremie prophete.

Antiphona. *Tu scis domine recordare mei et tuere me a persequentibus me.*

[1] congrega . . . Liuera] the place of the rubric initial has been altered.
[2] Vt] rubric initial inserted.
[3] et saluam ..meam] intrusive from ps. cviii. 31.
[4] Cant. xxvii] Jer. xi. 18–20; xii. 1–3, Vulg.
[5] Et nunc] on erasure.
[6] cor] erasure of about two letters (*da?*).
[7] i.e. *iusta*.
[8] illos] on shorter erasure.
[9] die] the mark for *m* is in different ink.
[10] Cant. xxviii] Jer. xv. 15–21, Vulg.

Tu scis domine recordare mei et uisita me et tuere me . ab his qui persecuntur me.

Noli in patientia tua suscipere me . scito quoniam sustinui pro te obprobrium. (I)nuenti[1] sunt sermones tui . et comedi eos.

Et factum est mihi uerbum tuum in gaudium et in letitiam cordis mei . quoniam inuocatum est nomen tuum super me domine deus exercituum.

Non sedi in concilio ludentium . et gloriatus sum.

A facie enim manus tue solus sedebam . quoniam comminatione replesti me.

Quare factus est dolor meus perpetuus . /et plaga mea [f. 97.*b*. (insanabilis)[2] rennuit curari.

Fact(a)[3] est mihi quasi mendacium . aquarum infidelium.

Propter hoc hęc dicit dominus. (S)i[4] conuerteris conuertam te . et ante faciem meam stabis.

Et si separaueris pretiosum a uili . quasi ( )os[5] meum eris.

Conuertentur ipsi ad te . et tu non conuerteris ad eos.

Et dabo te populo huic in murum hereum fortem . et bellabunt aduersum te et non preualebunt . quia ego tecum sum ut saluem te et eruam te dicit dominus.

Et liuerabo te de manu pessimorum . et redimam te de manu fortium.

XXVIIII [CANTICVM].[6]

Canticvm iheremie prophete.

Adtende domine ad me . et audi uocem aduersariorum meorum.

Numquid reddetur pro bon(o)[7] malum . quia foderunt fobeam anime mee.

Recordare quod steterim /in conspectu tuo ut [col. 2. loquerer pro eis bonum . et auerterem indignationem tuam ab eis.

Propterea da filios eorum in famem . et deduc eos in manu gladii.

Fiant uxores eorum absque liueris . et uidue et uiri earum interficiantur morte.

Iubenes eorum confodiantur gladio in prelio . audiatur clamor de domibus eorum.

Adduces enim super eos latronem repente . quia foderunt fobeam ut caperent me . et laqueos absconderunt pedibus meis.

[1] Inuenti] the rubric initial inserted.
[2] insanabilis] on erasure.
[3] Facta] on erasure.
[4] Si] rubric initial inserted.
[5] os] one letter erased.
[6] Cant. xxix] Jer. xviii. 19–23, Vulg.
[7] bono] on erasure.

Tu autem domine scis omne consilium eorum . aduersum me in morte.

Ne propitieris iniquitati eorum . et peccatum eorum a facie tua non deleatur.

Fiant corruentes in conspectu tuo . in tempore furoris tui abutere eis.

XXX [CANTICVM].[1]

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Domine qui me persequuntur , corruant [f. 98. et infirmi fiant.*

Seduxisti me domine et seductus sum . fortior me fuisti et inualuisti.

Factus sum in derisu tota die . omnes subsannabant me.

Quia iam olim loquor uociferans iniquitatem . et uastitatem clamito.

Et factus est mihi sermo domini in opprobrium . et in derisu tota die.

Et dixi non recordabor eius . neque loquar ultra in nomine illius.

Et factus est in corde meo quasi ignis exestuans . claususque in ossibus meis . et defeci ferre non sustinens.

Audibi enim contumelia( )†[2] multorum . et terrorem in circuitu.

Persequimini et persequamur eum ab omnibus uiris qui erant pacifici mei . et custodientes latus meum.

Si quo modo decipia(mus)[3] et preualeamus aduersus eum . et con/sequamur ultionem ex eo. [col. 2.

Dominus autem mecum est quasi bellator fortis . idcirco qui persequuntur me cadent et infirmi erunt.

Confundantur uehementer . quia non intellexerunt obprobium sempiternum . quod numquam deleuitur.

Et tu domine exercituum probatur† iusti . qui probas renes et cor uideam queso ultionem tuam ex eis . tiui enim reuelabi cor ( )[4] meum.

XXXI [CANTICVM].[5]

CANTICVM IHEREMIE PROPHETE.

Contritum est cor meum in medio mei . contremuerunt omnia ossa mea.

[1] Cant. xxx] Jer. xx. 7–12, Vulg.
[2] contumelia] *s* erased.
[3] decipiamus] *mus* on erasure ; *decipiatur*, Vulg.
[4] erasure of about six letters.
[5] Cant. xxxi] Jer. xxiii. 9–12, Vulg.

Factus sum (sicut)[1] uir hebrius. et quasi homo madidus a uino.
A facie domini et a facie uerborum sanctorum eius.
Quia[2] adulteriis repleta est terra. quia a facie maledictionis luxit terra arefacta /sunt arua deserti. [f. 98.*b*.
Factus est cursus eorum malus. et fortitudo eorum dissimilis.
Propheta namque et sacerdos polluti sunt. et in domo mea inueni malum eorum ayt dominus.
Idcirco uia eorum erit quasi lubricum in tenebris.
Ynpellentur enim et corruent in ea.
Afferam enim super eos mala. annum uisitationis eorum. ayt dominus.

XXXII [CANTICVM].[3]

Canticvm micee prophete.

Nolite credere amico et nolite confidere in duce[4]. (et[5] a)b[6] ea que dormit in sinu tuo. custodi claustra oris tui.
Quia filius contumeliam facit patri. filia consurgit aduersus matrem suam. et nurus (contra)[7] socrum suam. ( )[8] inimici hominis domestici eius.
Ego ( )[9] ad dominum aspiciam. expectabo deum saluatorem meum. audiet me deus /meus. [col. 2.
Ne leteris inimica mea super me. quia cecidi consurgam.
Quum sedero in tenebris dominus lux mea est. iram domini portabo quoniam peccabi ei.
Donec iudicet causam meam. et faciet iudicium meum. ( )[10]
(E)ducet[11] me in luce. uidebo iustitiam eius.
Et aspiciet inimica mea. et operietur confusione. qu(i)[12] dicit ad me ubi est dominus deus tuus.

XXXIII [CANTICVM].[13]

Canticvm ezecielis prophete.

Antiphona. *Effundam super uos aquam mundam dicit dominus et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris.*
Tollam uos de gentibus et congregabo uos de uniuersis terris. et adducam uos in terram uestram.

[1] sicut] on erasure ; *quasi*, Vulg.
[2] read *quia*.
[3] Cant. xxxii] Mich. vii. 5–10, Vulg.
[4] duce] added in the marg. with neums **quia inimici hominis domestici eius.**
[5] et] inserted.
[6] ab] on erased rubric initial.
[7] contra] on erasure.
[8] erasure of two or three letters.
[9] erasure of about five letters.
[10] erasure of one or two letters.
[11] Educet] rubric initial inserted.
[12] qui] *i* on erasure, read *quae*.
[13] Cant. xxxiii] Ezech. xxxvi. 24–28, Vulg.

E(t effundam super uos aquam)[1] mundam. et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. et ab uniuersis ydolis uestris mundabo uos.

Et dabo uobis cor nobum. et /spiritum nobum ponam [f. 99. in medio uestri.

Et auferam cor lapideum de carne uestra. et dabo uobis. et spiritum meum ponam in medio uestri.

Et faciam ut in preceptis meis ambuletis. et iudicia mea custodiatis et oper(a)mini.[2]

Et habitabitis in terram quam dedi patribus uestris. et eritis mici in populum. et ego ero uobis in deum.

XXXIIII [CANTICVM].[3]

INCIPIVNT CANTICI DE RESVRRECTIONE DOMINI.

CANTICVM IACOB DE LIBRO GENESIS.

ANTIPHONA. *Ad predam domine ascendisti requiescens accubuisti ut leo ex uirtute tua suscitatus es.*

Iuda te laudabunt fratres tui. manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorum.

(a)dorabunt[4] te filii patris tui. catulus leonis Iuda.

Ad predam fili mi ascendisti requiescens accubuisti ut leo. ( )[5] /et quasi leena qu(em)†[6] suscitabit [col. 2. eum.

Non auferetur sceptrum de Iuda. nec dux de femoribus eius donec ueniat qui mittendus est. et ipse erit expectatio gentium.

Ligans ad uineam pullum suum. et ad uitem o fili mi asinam suam.

Lauabit (in)[7] uino stolam suam. et ( )[8] sanguine ube pallium suum.

Pulcriores oculi eius uino. et dentes lacte candidiores.

Sedit in forti arcus eius. et dissoluta sunt uincula brachiorum eius. et manu(s)[9] illius per manu(s)[9] potentis Iacob. inde pastor egressus est lapis Israhel.

Deus patris tui erit adiutor tuus. et omnipotens benedicet tibi.

[1] Et...aquam] on erasure.
[2] operamini] *a* on erasure.
[3] Cant. xxxiv] Gen. xlix. 8–12, 24–26, Vulg.
[4] adorabunt] rubric initial erased.
[5] leo] a short line is here erased.
[6] quem] on erasure of *qui, quis*, Vulg.
[7] in] interlined.
[8] *after* et] erasure.
[9] manus] *s* on erasure.

Benedictionibus celi desuper . benedictionibus abyssi iacentis deorsum.

Benedictionibus uberum et uulbe . benedictiones patris tui confortate sunt.

Benedictionibus patrum eius . donec ueniret desiderium /collium ęternorum. [f. 99.*b*.

Fiant in capite Yoseph[1] . et in uertice Nazorei inter fratres suos.

XXXV [CANTICVM].[2]

Canticvm esaye prophete.

Antiphona. *Antiqua ne intueamini noua faciam dicit dominus.*

Ante me non est formatus deus . et post me non erit.

Ego sum ego sum dominus . et non est absque me saluator.

Ego adnuntiabi et saluabi . auditum feci et non fui† in uobis ( )[3] alienus.

Vos testes mei dicit dominus . et ego deus.

Ab initio ego ipse et non est qui de manu mea eruat operabor . et quis auertit illud.

Hęc dicit dominus redemtor uester sanctus Israhel propter uos emisi Babilonem et detraxi uectes uniuersos et Caldeos in nabibus suis gloriantes.

Ego dominus sanctus uester . creans Israhel rex uester.

Hec dicit dominus qui dedit in mari uiam . et in aquis torrentibus sẽmitam.

/Qui eduxit quadrigam et equum agmen et robustum . [col. 2. simul obdormierunt nec resurgent.

Contriti sunt quasi linum . et extincti sunt.

Ne memineritis prior(a)[4] . et antiqua ne intueamini.

Ecce ego faci(am)[5] noba . et nunc orietur†[6] utique cognoscetis ea.

Ponam in deserto uiam . et in inuio flumina.

Glorificabit me besti(a)[7] agri . draco(nes)[8] et structiones.

Quia dedi in deserto aquas . flumina in inuio . ut darem potum populo meo electo meo.

Populum istum formabi mici . laudem meam narrabit.

[1] Yoseph] a gloss seems to be lost here.
[2] Cant. xxxv] Is. xliii. 10–21, Vulg.
[3] erasure of about two letters.
[4] priora] on erased *um*.
[5] faciam] on erased *o*.
[6] read *orientur*.
[7] bestia] on erasure.
[8] dracones] *nes* interlined.

XXXVI [CANTICVM].[1]

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Saluabi mici bracium meum et iustitia mea ipsa auxiliata est mici.*

Quis est iste qui uenit de Edom . tinctis uestibus de Bosra.
Iste formosus in stola /sua gradiens . in multitudine [f. 100.
fortitudinis sue.

Ego qui loquor iustitiam . et propugnator sum ad saluandum.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum . et uestimentum tuum sicut calcantium in torculari.

Torcular calcaui solus . et de gentibus non est uir mecum.

Calcaui eos in furore meo . et conculcaui eos in ira mea . et adsparsus est sanguis eorum super uestiment(a mea . et omnia)[2] indumenta mea inquinabi.

Dies enim ultionis in corde meo . annus redemtionis mee uenit.

Circumspexi et non erat auxiliator . quesibi et non fuit qui adiubaret.

(S)aluabi[3] mici bracium meum . et iustitia mea ipsa auxiliata est mihi.

Conculcaui populos in furore meo . et inebriaui eos in indignatione mea . et detraxi in terra /uirtutem eorum. [col. 2.

XXXVII [CANTICVM].[4]

CANTICVM ESAYE† PROPHETE.

ANTIPHONA. *Tamquam de somno suscitatus sum et uidi et somnus meus dulcis mici.*

Hec dicit dominus exercituum deus Israhel . adhuc dicent uerbum [i]stud in terra Iuda et in urbibus eius . quum conuertero captiuitatem eorum.

Benedicat tibi dominus pulcritudo iustitie . mons sanctus.

(E)t[5] habitabunt in eo Iudas . et omnes ciuitates eius simul agricole et minantes greges.

Quia inebriaui animam lassam . et omnem animam esurientem saturabi.

Ideo quasi de somno suscitatus sum et uidi . et somnus meus dulcis mihi.

[1] Cant. xxxvi] Is. lxiii. 1–6. Vulg.
[2] uestimenta...omnia] on erasure of eight or nine letters.
[3] Saluabi] rubric initial on erasure.
[4] Cant. xxxvii] Jer. xxxi. 23–28, Vulg.
[5] et] on erasure.

Ecce dies ueniunt dicit dominus . et seminabo domum Israhel et domum Iuda semine hominis et semine iumentorum.

Et sicut uigilabi super eos ut euellerem et demolirem /et dissiparem et disperderem et affligerem . sic uigilabo [f. 100.*b.* super eos ut edificem et plantem ayt dominus.

XXXVIII [CANTICVM].[1]

Canticvm ose prophete.

Antiphona. *Viuificabit nos (dominus)[2] post duos dies die tertia suscitauit nos et uiuemus.*

Venite reuertamur ad dominum . quia ipse cepit et sanauit nos . percutiet et curabit nos.

Viuificabit nos post duos dies . (in)[3] die tertia suscitauit nos . et uiuemus in conspectu eius. (S)ciemur†[4] sequimurque ut cognoscamus dominum.

Quasi diluculo preparatus est egressus eius . et ueniet nobis quasi imber temporaneus et serotinus terre.

Quid faciam tibi Efraym . quid faciam tibi Iuda.

Misericordia uestra quasi lux matutina . et quasi ros mane pertransiens.

/Propter hoc dolaui in prophetis et occidi eos in uerbis [col. 2. oris mei . et iudicia tua quasi lux egredientur.

Quia misericordiam uolui et non sacrificium . et scientiam dei plusquam olocausta.

XXXVIIII [CANTICVM].[5]

Canticvm soffonie prophete.

Expecta me dicit dominus . in diem resurrectionis mee in futurum.

Quia iudicium meum ut congregem gentes . et colligem regna.

(U)t[6] effundam super e(os)[7] indignationem meam . et omnem iram furoris mei.

(I)n[8] igne enim zel(us)†[9] mei deuorabitur omnis terra. (Q)uia[10] tunc reddam populis labium electum . ut uocent omnes in nomine domini et seruiant ei humero uno.

[1] Cant. xxxviii] Os. vi. 1–6, Vulg.
[2] dominus] interlined.
[3] in] interlined.
[4] Sciemur] read *sciemus sequemurque.* The rubric initial is on erasure.
[5] Cant. xxxix] Soph. iii. 8, Vulg. The antiphon is inserted by a later hand in the bottom margin, **Expecta me in diem resurrectionis mee.**
[6] Vt] on erasure.
[7] eos] on longer erasure.
[8] In] on erasure.
[9] zelus] *us* written over *i.*
[10] Quia] rubric initial on erasure.

Ultra flumina Eziopie inde supplices mei . filii dispersorum meorum deferent munus mici.

Yn die illa non confunderis/[1]

* * * * *

[XLIII CANTICVM].[2]

/*Benedictus uir qui confidit in domino . et erit dominus [f. 101. fiduci(a)[3] eius.*

Et erit taquam† lignum quod (trans)plantatur[4] (super aquas).[5]

Quod ad humorem mittit radices suas . et non timebit dum uenerit estus.

Et erit folium eius uiride (et)[6] in tempore siccitatis non erit sollicitus . nec aliquando desinet facere fructum.

Sana me domine et sanabor saluum me fac et salbus ero . quia laus mea et uirtus mea tu es.

Ecce ipsi dicunt ad me ubi est uerbum domini ueniat . et ego non sum turbatus.[7]

Te pastorem sequens . et diem hominis non concupibi tu scis.

(Q)uod[8] egressum est de labiis meis . rectum in conspectu tuo fuit.

Non si(s)[9] mici formidinis† . spes mea /( )[10] in die [col. 2. afflictionis ( ).[10]

Confundantur qui me persecuntur et non confundar ego.

Paueant illi . et non pabeam ego.

Induc super eos diem afflictionis . et du(p)plici[11] contritione contere eos.

XLIIII [CANTICVM].[12]

Canticvm ihesv filii syrac.

Ecce serbus meus suscipiam eum electus meus dicit dominus . conplacuit sibi in illo anima mea.

Dedi spiritum meum super eum . iudicium gentibus profert.

Non clamabit neque accipiet personam . nec audietur foris uox eius.

[1] after f. 100 a leaf is wanting.
[2] Cant. xliii] Jer. xvii. 7, 8, 14–18, Vulg.
[3] fiducia] an *m* mark is erased.
[4] trans] inserted.
[5] super aquas] on a longer erasure.
[6] et] interlined.
[7] turbatus] written vertically in the margin, but by the original hand and not apparently as a correction.
[8] Quod] *Q* on larger erasure.
[9] sis] *s* on erasure ; read *formidini*.
[10] erasures.
[11] duplici] *p* interlined.
[12] Cant. xliv]. By a scribe's blunder this and the following canticle have been transposed, while the title here is left as in the original arrangement (cf. Lorenzana). This is therefore Is. xlii. 1–4, Vulg.

Calamum quassatum non conteret. ( )[1] linum fumigans non extinguet.

In ueritate educet iudicium . non erit tristis neque turbulentus. donec ponat in terra iudicium . et legem eius insule expectabunt.

XLV [CANTICVM].[2]

CANTICVM IHESV FILII SYRAC.

ANTIPHONA. *Danti mici sapientiam dabo gloriam /consiliatus sum enim ut facerem illam zelatus sum [f. 101.*b.* bonum ut non confundar.*

Priusquam errarem quesibi sapientiam . palam in oratione mea. Ante tempus postulabam pro illa . et usque in nobissimis inquiram ( )ea( ).[3]

Defloriet tamquam precox uba . letatum est cor meum in ea.[4]

Ambulauit pes meus iter rectum . a iubentute mea inuestigabam illam.

Inclinaui modice aurem meam et excepi illam . multum inueni mici (et)[5] ipsi sapientiam . multum profeci in ea.

Danti mici sapientiam dabo gloriam . consiliatus sum enim ut facerem illam . zelatus sum bonum ut non confundar.

Concul(ca)ta[6] est anima mea in illa . et in faciendo ęa(m)[7] confirmatus sum.

Manus meas extendi in altum . /et ins(i)pientiam[8] eius [col. 2. luxi.

Animam meam direxi ad illam . et in agnitionem†[9] inueni eam.

Possedi cum ipsis cor ab initio . propter hoc non relinquar.

Venter meus conturbatus est querendo eam . propterea possidebo bonam possessionem.

Dedit enim mici dominus linguam mercedem meam . et in ipsa laudabo eum.

Adpropinquate ad me indocti . et congregate uos in domum discipline.

Quid adhuc retardatis aut quid dicitis in his . anime uestre sitiunt ueementer.

Aperui os meum et loquutus sum . conparate uobis sine argento sapientiam . et collum uestrum subicite iugo.

Et suscipiet ( )[10] anima uestra disciplinam . in proximo est enim inuenire eam.

[1] *et* erased.
[2] Cant. xlv] Ecclus. li. 18–38.
[3] two erasures of one letter.
[4] in ea] vertically by the original hand.
[5] et] on erasure.
[6] conculcata] *ca* interlined.
[7] eam] *m* struck out in red.
[8] insipientiam] *i* on erased *a*.
[9] read *agnitione*.
[10] erasure of about three letters.

Videte oculis uestris quoniam modice /laborabi . et [f. 102.
inueni mici multam requiem.

Adsumite disciplinam in multo numero argenti . et copiosum aurum possidete in ea.

Letetur anima uestra in misericordia eius . et non confundemini in laudem†[1] ipsius.

Operamini opus uestrum ante tempus . et dabit uobis mercedem (uestram)[2] in tempore suo.

XLVI [CANTICVM].[3]

Canticvm sapientie salomonis.

Beatus uir qui inuentus est sine macula . et qui post aurum non habiit nec sperabit in pecunia et tesauros.†[4]

Quis est iste laudauimus eum . fecit enim mirabilia in uita sua.

Quis probatus est in illo . et perfectus inuentus est . et erit illi gloria eterna.

Qui potuit transgredi et non est transgressus . et facere mala et non fecit.

Ideo stabilita sunt bona illius in domino . et elemosinas illius /enarrabit eclesia sanctorum. [col. 2.

XLVII [CANTICVM].[5]

Canticvm de evangelio secvndum lvcam.

Antiphona. *Tu puer propheta altissimi uocaberis preibis enim ante faciem domini preparare uias eius ad dandam scientiam salutis pleui eius.*

Benedictus dominus deus Israhel . quia uisitabit et fecit redemtionem pleui sue . (E)t[6] erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per ( )os[7] sanctorum prophetarum suorum qui a seculo sunt.

Salutem de inimicis nostris . et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris . et memorar(e)†[8] testamenti sancti sui.

Iusiurandum quod iurabit ad Abraham patrem nostrum daturum se ( )[9] nobis . ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liuerati.

[1] read *laude*.
[2] uestram] interlined.
[3] Cant. xlvi] Ecclus. xxxi. 8–11. No antiphon.
[4] read *thesauris*.
[5] Cant. xlvii. Luc. i. 68–79, Vulg.
[6] Et] small initial rubricated.
[7] os] erasure of one letter.
[8] *i* altered to *e*.
[9] erasure of two or three letters.

(s)eruiamus[1] illi in sanctitate et iustitia /coram [f. 102.*b*. ipso( )[2] omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi uocaberis . preibis enim ante faciem domini parare uias eius.

Ad dandam scientiam salutis pleui eius . in remissione peccatorum.

Per uisceram†[3] misericordie dei nostri . in quibus uisitabit nos oriens ex alto.

Inluminare (e)is[4] qui in tenebris sunt et umbre mortis sedent . ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

XLVIII [CANTICVM].[5]

DE VNA VIRGINE.

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

ANTIPHONA. *Gaudens gaudebo (in)[6] domino . et exultauit anima mea in deo meo.*

Gaudens gaudebo in domino . et exultauit anima mea in deo ( )[7] meo.

Quia induit me uestimentum salutis . et indumentum iustitie circumdedit me.

Quasi sponsum decoratum /corona( )[8] . et quasi [col. 2. sponsam ornatam munilibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum . et sicut or( )tus[9] semen suum germinat . sic dominus deus germinauit iustitiam et laudem coram uniuersis gentibus.

Propter ( )[9] Syon non tacebo et propter Iherusalem non quiescam.

Donec egrediatur ut splendor iustus eius . et saluator eius ut lampas accendatur.

Et uidebunt gentes iustum tuum . et cuncti reges terre inclitum tuum.

Et uocabitur tibi nomen nobum . quod os domini nominabit.

Et eri(s)[10] corona glorie in manu domini . et diadema regni in manu dei tui.

Non uocaueris ultra derelicta . et terra tua non uocabitur amplius desolata.

Sed uocaberis uolumtas mea in ea . et terra tua inhabita-(bitur).[11]

[1] seruiamas] rubric initial erased.
[2] ipso] one letter erased.
[3] read *uiscera*.
[4] eis] *e* on erasure of *h*.
[5] Cant. xlviii] Is. lxi. 10–lxii. 7, Vulg.
[6] in] interlined.
[7] erasure of about six letters.
[8] one letter erased.
[9] about two letters erased in each case.
[10] eris] *s* on erasure.
[11] inhabitabitur] *bitur* added ; read *ta*.

Quia conplacuit domino in te. et terra tua inhabitabitur. [f. 103.
Habitabit enim iubenis cum uirgine. et habitabunt in te filii tui.

Et gaudebit sponsus super sponsam suam. et gaudebit super te dominus deus tuus.

Super muros tuos Iherusalem. constitui custodes.

(t)ota[1] die et tota nocte. in perpetuum non tacebunt.

Qui reminiscimini domino ne taceatis. et ne detis silentium ei.

(d)onec[2] stabiliat. et donec ponat Iherusalem laudem in terra.

XLVIIII [CANTICVM].[3]

CANTICVM SOFFONIE PROPHETE.

ANTIPHONA. L[4]

Lauda filia Syon iubila Israhel. letare et exulta in omni corde filia (Iherusalem).[5]

Abstulit dominus iudicium tuum. auertit inimicos tuos.

Rex Israhel dominus in medio tui non timebis [col. 2. malum ultra.

In die illa dicetur Iherusalem. noli timere Syon non dissoluantur manus tue.

Dominus deus tuus in medio tui. fortis ipse saluabit.

Gaudebit super te in letitia. silebit in dilectione tua. et exultabit super te in laude.

Nugas qui a lege recesserant. congregabo qui( )[6] ex te e(rr)ant[7] ut non ultra habeas super eos obprobrium.

Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te. in tempore illo.

Et saluabo claudicantem. et eam que eiecta fuera( )t[8] congregabo.

Et ponam eos in laudem (et)[9] in nomen. ( )[10] in omni terra confusionis eorum.

In tempore illo quod adducam uos. et ( )[11] tempore quo congregabo uos.

Dabo enim uos in nomen et in laudem omnibus populis terre. quum conuertero captiuitatem ( )[12] uestram. [103.*b*. coram oculis uestris dicit dominus ( ).[13]

[1] tota] rubric initial erased.
[2] donec] rubric initial erased.
[3] Cant. xlix] Soph. iii. 14–20, Vulg.
[4] Antiphon] two lines left blank.
[5] Iherusalem] on erasure.
[6] qui] *a* erased.
[7] errant] *rr* on a single *r* erased.
[8] fuerat] one letter erased.
[9] et] interlined.
[10] *after* nomen] about five letters erased.
[11] *in* erased.
[12] about two letters erased.
[13] *after* dominus] *deus* (?) erased, not written in the orig. hand (?).

L [CANTICVM].[1]

Canticvm zacarie prophete.

Lauda et letare filia Syon . quia ecce ego ueniam et habitabo ( )[2] in medio tui ayt dominus.

Et applicabuntur gentes multe ad dominum in illa die . et erunt mici in populum.

( )et[3] habitabo in medio tui . et scies quia dominus exercituum misit me ad te.

Et possidebit dominus Iudam partem suam . in terra sanctificata . et eliget adhuc Iherusalem.

Sileat omnis caro a facie domini . quia consurrexit de hauitaculo sancto suo.

LI [CANTICVM].[4]

Canticvm de libro ihesv filii syrac.

Antiphona. *In canticis labiorum uestrorum dicite domino uniuersa opera tua bona ualde.*

Audite me diuini fructus . et quasi rosa plantata super riuos /aquarum fructificate. [col. 2.

Quasi Libanus . odorem suabitatis habete.

Florete flores quasi lilium date odorem et frondete in gratiam . et conlaudate canticum et benedicite dominum in operibus suis.

Date nomini eius magnificentia . et confitemini illi in uoce labiorum uestrorum.

In canticis labiorum et citharis . et sic dicetis in confessione opera domini uniuersa bona ualde.

LII [CANTICVM].[5]

Canticvm salomonis regis.

Domine deus Israhel non est similis tui ( )[6] in celo et in terra . qui custodis pactum et misericordiam cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo.

Qui prestitisti seruo tuo Dauid patri meo quequumque locutus fueras ei . et que ore promi(sisti)[7] opere conplesti . sicut /et presens tempus probat. [f. 104.

[1] Cant. l] Zach. ii. 10–13, Vulg.

[2] erasure of two or three letters, the words *medio tui* are repeated with neums in the marg.

[3] rubric initial erased.

[4] Cant. li] Ecclus. xxxix. 17–22.

[5] Cant. lii] 2 Paralip. vi. 14–21, 40–42, Vulg. The antiphon **Sint domine occuli tui aperti super domum istam** is inserted in a later hand at the foot of the page.

[6] erasure (of *deus* ?)

[7] promisisti] on erasure ; *promiseras* Vulg.

Nunc ergo domine deus Israhel imple seruo tuo Dauid patri meo . quecumque locutus es dicens.

Non deficiet ex te uir coram me . qui sedeat super tronum Israhel.

Ita tamen si custodierint filii tui uias (suas)[1] et ambulauerint in lege mea sicut et tu ambulasti coram me.

Et nunc domine deus Israhel firmetur sermo tuus . que(m)[2] locutus es seruo tuo Dauid.

Ergone crediuile est ut habitet deus . cum hominibus super terram.

Si cęlum et celi celorum non te capiunt . quanto magis domus ista quam edificabi.

Sed ad hoc tantum fact(a)[3] est ut respicias adorationem serui tui . et obsecrationem eius.

Domine deus meus (ut audias)[4] preces quas fundit famulus tuus coram te.

(u)t[5] aperias ocul(os) tu(os)[6] super domum istam diebus ac noctibus . super locum in quo pollicitus es ut inuocaretur [col. 2. nomen tuum . et exaudi(res)[7] oratione(s[8]) qua(m)[9] seruus tuus orat in eo.

Exaudi preces famuli tui et populi tui Israhel . qu(e)cumque[10] orauerint in loco isto.

Exaudi de hauitaculo sancto tuo idest de cęlis . et propitiare . tu es enim deus meus.

Aperiantur queso oculi tui . et aures tue intente sint . ad orationem que fit in loco isto.

Nunc igitur consurge domine deus in requiem tuam . tu et arca (fortitudinis)[11] tue.

Sacerdotes tui domine deus induantur iustitia . et sancti tui letentur in bonis.

D(omine)[12] deus ne auertas faciem christi tui . memento misericordiarum . (et)[13] Dauid serui tui.

LIII [CANTICVM].[14]

CANTICVM BALAHAM DE LIBRO NVMER(I).[15]

Adsumpta parabola sua (dixit Balaham . De Aran [f. 104.*b*. adduxit me Bala( )ac[16] . rex Mohabitarum de montibus orientis.

[1] suas] on erasure.
[2] quem] *m* deleted in red.
[3] facta] *a* on erasure.
[4] ut audias] interlined over a shorter erasure (*audi*?)
[5] ut] rubric initial erased.
[6] oculos tuos] corrected from *oculus tuus*.
[7] exaudires] erasure of *as*?
[8] orationes] altered from orationem followed by five or six letters erased.
[9] quam] *m* on erasure.
[10] quecumque] *e* written over *i*.
[11] fortitudinis] on erasure, in different ink.
[12] Domine] on erasure.
[13] et] interlined.
[14] Cant. liii] Num. xxiii. 7–10, 19, Vulg.
[15] NVMERI] I on erasure.
[16] Balaac] one letter erased.

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE

Veni inquid et maledic Iacob . propera et detestare Israhel.

Quomodo maledicam cui non maledixit deus . (aut)[1] qua ratione detest(or)[2] . quem deus non detestatur.

De summis silicibus uidebo eum . et de collibus considerabo illum.

Populus solus hauitabit . (et)[3] inter gentes non reputabitur.

Quis dinumerare possit pulberem Iacob . et nosse numerum stirpis Israhel.

Moriatur anima mea morte iustorum . et fiant nobissima mea horum similia.

Non est deus sicut homo ut mentiatur . nec ut filius hominis ut mutetur.

LIIII [CANTICVM].[4]

Canticvm de libro tobi.

/Antiphona. *Anima mea benedicet dominum [col. 2. regem magnum qui liuerabit Iherusalem et edificabitur iterum domus eius.*

Luce clara fulgebis . in omnibus finibus terre.

Nationes multe de longinquo uenient tibi . et habitatores a nobissimis partibus terre . ad nomen domini dei sui.[5]

Et munera sua in manibus habentes regi celorum offerunt cum letitia . et nomen domini magnum erit in omnibus seculis seculorum.

Maledicti omnes qui spernunt te . et omnes qui blasfemant te.

Maledicti omnes qui oderunt te . et omnes qui dixerunt in te uerbum durum.

Maledicti omnes qui deponunt te et omnes qui dextruunt muros tuos . et omnes qui subuertunt turres tuas . et omnes qui succendunt habitationes tuas.

Et benedicti erunt in te omnes . qui edificant te in eternum./[6]

* * * * *

[LVIII CANTICVM].[7]

/INCIPIVNT CANTICI DE COTIDIANO. [f. 105.

Canticvm de liber† exodi.

Cantemus domino gloriose enim honorificatus est.

E(qum)[8] et ascensorem . proiecit in mare.

[1] aut] deleted in red and erased.
[2] detestor] *or* on *er* erased.
[3] et] deleted in red and erased.
[4] Cant. liv] Tob. xiii. 13–16, 'Roman' or Prehieronymian not Vulg. but differing also from the S. Germain text though both belong to the recension of the text given by the Sinaiticus, not that of the Vaticanus.
[5] sui] marg. correction *tui*.
[6] after f. 104 a leaf is missing.
[7] Cant. lviii] Exod. xv. 1–19, 'Roman' or Prehieronymian? cf. Sabatier.
[8] Equm] written over *Equum*.

Adiutor et protector meus dominus . et factus est mici in salute.

Hic deus meus et honorificabo eum . deus patris mei et exaltabo eum.

Dominus conterens bella . dominus nomen est ei.

(C)urrus[1] Pharahonis et exercitum eius proiecit in mare.

Electos ascensores.ternos strantes†[2] dimersit in rubro mari( ).[3]

Pelagus quooperuit eos . dimersi sunt in profundum tamquam lapis.

Dextera tua domine glorificata est /in uirtute . [col. 2. dextera manus tue† confregit inimicos . et pre multitudine magestatis tue . conteruisti aduersarios.

Misisti iram tuam et comedi(t)[4] eos tamquam stipulam . et pre spiritu iracumdie tue diuisa est aqua.

Steterunt tamquam murus aque . gelauerunt fluctus in medio mari.

Dixit inimicus persequens comprehendam partibo spolia replebo animam meam . interficiam gladio meo et dominauitur manus mea.

Misisti ( )[5] spiritum tuum et quooperuit eos mare . dimersi sunt in profundum tamquam plumbum in aqua ualidissima.

Quis similis tibi in diis domine . quis similis tibi honorificus in sanctis . mirabilis in magestatibus faciens prodigia.

Extendisti dexteram tuam . /et deuorabit eos [f. 105.*b*. terra(m).[6]

Gubernasti iustitia(m)[6] tua(m)[6] populum tuum . hunc quem liuerasti.

REPETITIO. Consolatus es uirtute tua . in refectione sancta (tua).[7]

Audierunt gentes et irate sunt . dolores adprehenderunt (in)habitantes[8] Filistim.

Tunc festinaberunt duces Edom . et principes Mohabitarum adprehendit eos timor.

Tabuerunt omnes inhabitantes Canaan.

Decidat super eos timor et tremor . magnitudinis bracii tui.

Fiant tamquam lapis donec transeat populus tuus domine . usquedum pertranseat populus tuus hunc quem liuerasti.

REPETITIO. Induc et planta eum in montem hereditatis tue in preparata habitatione tua quam preparasti tibi domine.

Sanctuarium tuum domine . quod preparaberunt manus tue.

[1] Currus] rubric initial on erasure.
[2] read *stantes*.
[3] mari] a letter erased?
[4] comedit] *t* interlined.
[5] erasure (iram tuam ?)
[6] terram] *m* deleted in red, so in the next two cases.
[7] tua] on erasure.
[8] inhabitantes] *in* added.

/Domine qui regnas in eternum . et in sempiternum et [col. 2. adhuc.

Quia introibit equitatus Faraonis quum quadrigis . et ascensoribus in mare.

(Et)[1] induxit super eos dominus aquas maris . filii autem Israhel ambulauerunt per siccum per medium mare.

LVIIII [CANTICVM].[2]

Canticvm esaye prophete.

Antiphona. *Cantabo nunc dilecto canticum dilecte uinee mee uinea facta est dilecta in loco uberi.*

Cantabo nunc dilecto . canticum dilecte uinee mee.

Vinea facta est dilecto . in corn(u)[3] in loco uberi.

Et macerie circumdedi et circumfodi . et plantabi uineam Sorec.

Et edificabi turrem in medio eius . et torcular fodi in eam.

Et sustinui ut faceret ubas . fecit autem spinas.

Et nunc homo Iuda et qui habitatis in Iherusalem iudicate /inter me et uineam meam . quid faciam uinee mee adhuc [f. 106. quod ei non fecerim.

Quoniam sustinui ut faceret ubas . fecit autem spinas.

Nunc autem adnuntiabo uobis quid factur(us sum)[4] uinee mee.

Auferam maceriam eius et erit in direptione . et dextruam parietes eius et erit in conculcatione.

Et derelinquam uineam meam . et non potabitur neque fodietur.

Et ascendunt in ea sicut in agrum incultum spine(e)[5] et nubibus mandabo desuper . ne pluant super eam plubiam.

Vinea enim domini Sabahot domus est Israhel . et homo Iuda nobellum dilectum.

Quoniam sustinui ut faceret iudicium fecit autem iniquitatem . et non iustitiam sed clamorem.

LX [CANTICVM].[6]

Canticvm esaye prophete.

Antiphona. *Anima mea desiderat te in nocte de mane domine uigilabo ad te.*

[1] Et] on erasure.
[2] Cant. lix] Is. v. 1–7, 'Roman' or Prehieron.
[3] cornu] *u* written over *o*?
[4] facturus sum] on shorter erasure.
[5] spinee] last *e* apparently in different ink.
[6] Cant. lx] Is. xxvi. 1–11, Vulg.

/Vrbs fortitudinis nostre saluator . ponetur in ea murus et [col. 2. ante muralem.†[1]

Aperite portas ingrediatur gens iusta . custodiens ueritatem uetus error hab(i)it.[2]

Seruabis pacem . pacem quia in te sperabimus.

Sperastis in domino in seculis eternis . in domino deo forti in perpetuum.

Quia incurbabit habitantes in excelso . ciuitatem sublimem humiliauit.

Humiliauit eam usque ad terram . detraet eam usque ad puluerem.

Conculcabit eam pes . pedes pauper(is)[3] gressus egenorum.

Semita iusti recta (est)[4] rectus callis iusti ad ambulandum.

(Et)[5] in semita iudiciorum tuorum . (domine sustinuimus te)[7] nomen tuum et memoriale tuum . in desiderio anime.

Anima mea d(esiderabit te in nocte)[6] . sed et spiritus meus in precordiis meis /de mane uigilabo ad te. [f. 106.*b.*

Quum feceris iudicia tua in terra iustitiam discent habitatores (orbis).[7]

Misereamur impio et non disce(t)[8] . iustitiam. (I)n[9] terra sanctorum inique gessit . et non uidebit gloria† domini.

Domine exaltetur manus tua et non uideant. (V)ideant[9] et confundantur . zelantes populi . et ignis ostes tuos deuoret.[10]

LXI [CANTICVM].[11]

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

* Audite qui longe estis que fecerim dicit dominus . et cognosci(te bicini)[12] fortitudinem meam.*

Conterriti sunt in Syon peccatores . possedit timor ypocritas.

Quis poterit hauitare de uobis cum igne deuorante . aut quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis.

Qui ambulat in iustitiis et loquitur ueritatem . qui proicit abaritiam (et)[13] calumniam . et excutit manus /suas ab [col. 2. omni munere.

[1] read *antemurale.*
[2] abiit] *i* interlined.
[3] pauperis] *is* on erasure.
[4] est] on erasure.
[5] et] added, with black initial, in the marg.
[6] domine sust. te] on erasure, so apparently *desiderabit te in nocte.*
[7] orbis] on erasure.
[8] discet] *t* on erasure.
[9] In terra and Videant] Rubric initials on erasures.
[10] deuoret] a marginal note of later date adds here, *Canticum Domine dauis pacem nobis perquire ii folia* and a cross. The reference is to a lost folio containing Is. xxvi. 12–20, Cant. lviii. in Lor.
[11] Cant. lxi] Is. xxxiii. 13–22, Vulg.
[12] cognoscite uicini] on shorter erasure.
[13] et] on erasure.

Qui obdurat aures suas ne audiat sanguinem . et claudit oculos suos ne uideat malum.

Iste in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimitas eius . panis ei datus est aque eius fideles sunt.

Regem in decore suo uidebunt.

Oculi eius cernent terram de longe . cor tuum meditabitur timore( ).[1]

Vbi est litteratus ubi legis uerba ponderans . ubi doctor paruulorum.

Populum inp(ruden)tem[2] non uidebis populum altis†[3] sermonis ita ut non possis intelligere dissertitudinem lingue eius in qu(a)[4] nulla est sapientia.

Respice Syon ciuitatem sollemnitatis nostre oculi tui uidebunt Iherusalem . abitationem opulentam.

Tauernaculum quod nequaquam transferri poterit . nec auferentur claui eius in sempiternum . et omnes funiculi eius non rumpentur.

/Quia solummodo ibi (est)[5] magnificus dominus noster [f. 107. locus flubiorum riui latissimi et patentes.

Non transibit per e(u)m[6] nabis remigum . neque trieris magna transgredietur eum.

Dominus enim iudex noster dominus legifer noster . dominus rex noster ipse saluabit nos.

LXII [CANTICVM].[7]

Canticvm ionee prophete.

Antiphona. *Quecumque uobi( )[8] reddam tibi salbatori meo domino.*

Clamabi de tribulatione mea ad dominum . et exaudibit me.

De uentre inferni clamabi . et exaudibit uocem meam.

Et proiecisti me in profundum in corde maris . et flumen circumdedit me.

Omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt . et ego dixi abiectus sum a conspectu oculorum tuorum.

Verumtamen rursus uidebo templum sanctum tuum.

/Circumdederunt me aque usque ad animam . abyssus [col. 2. uallabit me pelagus quooperuit caput meum.

Ad extrema montium descendi terre uectes concluserunt me in eternum.

Et subleuabis de corruptione uitam meam.

[1] timore] *m* mark erased.
[2] inprudentem] on erasure.
[3] read *alti*.
[4] qua] *a* altered to *o*.
[5] est] interlined.
[6] eum] corr. from *eam*.
[7] Cant. lxii] Jon. ii. 3–10, Vulg. Adjoining the rubric a marg. note has been erased.
[8] uobi] *s* erased.

Domine deus meus cum angustiaretur in me anima mea. domini mei recordatus sum et ueniet oratio mea. ad templum sanctum tuum.

Qui custodiunt uanitate(s)[1]. frustra misericordiam suam dereliquerunt.

Ego autem (in)[2] uoce laudis (et confessionis immo)labo[3] tibi. quecumque uobi reddam pro salute domino.

LXIII [CANTICVM].[4]

CANTICVM DE LIBER† ESDRE.

ANTIPHONA. *Miserere domine his qui non habent substantiam bonorum operum.*

Domine qui habitas in eternum. cuius oculi elati. et superiora in aera.

Cuius tronus inextimabilis. et gloria inconpre- [f. 107.*b*.
hensibilis.

Cui adstat omnis exercitus angelorum cum tremore. quorum ( )[5] seruatio in uento et igni conuertitur.

Cuius uerbum firmum. et dicta perseuerantia.

Cujus dispositio fortis. et iussio terribilis.[6]

Cuius aspectu(s)[7] arefecit abissos. et indignatio tabescere montes et ueritas testificatur.

Exaudi domine orationem serui tui auribus percipe deprecationem figmenti tui intende uerba mea.

Dum enim uibo loquar. et dum sapio respondeam.

Ne aspicias populi tui delicta. sed qui tibi in ueritate seruierunt.

Neque adtendas impie gentium studia. set qui tua testamenta cum doloribus custodierunt.

Neque cogites qui in conspectu tuo false conuersati sunt. set memorare qui ex uolumtate tuum timorem cognouerunt.

/Neque uolueris perdere qui pecodum mores habuerunt. [col. 2.
sed respicias (super)[8] eos qui legem tuam splendide docuerunt.

Neque indigneris eis qui bestiis peius sunt iudicati. sed diligas eos qui semper in gloria tua confiderunt.

Quoniam nos et patres nostri talibus moribus egimus. tu autem propter nos peccatores misericors uocatus es.[9]

Si enim decreberis ut nostri miserearis. tunc misericors uocaberis.

[1] uanitates] *s* on erasure.
[2] in] on erasure of *um*?
[3] et confessionis immolabo] on shorter erasure (about four letters).
[4] Cant. lxiii] 4 Esdr. viii. 20–35 (verse 36 lost).
[5] erasure of one or two letters.
[6] terribilis] written vertically.
[7] aspectus] *s* inserted.
[8] super] interlined.
[9] uocatus es] written vertically.

Nobis enim non habentibus opera iustitię . iustis† quibus sunt opera multa reposita aput te domine ex propriis operibus percipiunt mercedem.

Quis est ( )[1] homo ut ei indigneris . aut genus corruptibile ut ita amariceris de ipso.

In ueritate enim nemo de genitis est qui non impie gessit . nec de confitentibus qui( )[2] non deliquid.[3]

* * * * *

[LXIX CANTICVM].[4]

.../canentium. [f. 108.

LXX [CANTICVM].[5]

Canticvm iheremie prophete.

Deducant oculi mei lacrimas per diem . et noctem et non taceant.

Quoniam contritione magna contrita est uirgo filia populi mei . plaga pessima ueementer.

Si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio . (E)t[6] si introiero in ciuitatem ecce adtenuati fame.

Propheta (nam)que[7] et sacerdos . habierunt . in terram quam ignorab(a)nt.[8]

Numquid proiciens abiecisti Iudam . aut Syon abominata est anima tua.

Quare ergo percussisti nos et . ita ut nulla sit sanitas.

(e)xpecta(ntibus)[9] pacem et non est. [10](B)onum . et tempus curationis et ecce turbatio.[11]

Cognouimus domine impietates nostras . et iniquitates patrum nostrorum . quia peccauimus tibi.

Ne nos dederis in opprobrium propter nomen tuum ( )[12] neque facias nobis contumeliam.

/(S)oli[13] glorie tue recordare . ne irritum facias fedus [col. 2. tuum nobiscum.

[1] blank space of three or four letters.
[2] qui] an erased letter.
[3] four leaves are wanting after f. 107.
[4] Cant. lxix. canentium]. This is the last word of Lorenzana's Cant. lxvii. 1 Esdr. xiii. 9–17.
[5] Cant. lxx] Jer. xiv. 17–22, Vulg. This canticle, like lxi and lxxiii, is marked in the margin with a black cross.
[6] Et] rubric initial on erasure.
[7] namque] on erasure : *quoque* Vulg.
[8] ignorabant] *a* on erasure.
[9] expectantibus] rubric initial erased ; *ntibus* on erasure, *expectauimus* Vulg.
[10] Bonum] rubric initial on erasure.
[11] turbatio] written vertically.
[12] erasure of three letters (dne ?) ; *domine* with neums in the margin. At the foot of the page *ne nos des ; ne des nos* Vulg.
[13] soli] rubric initial on erasure.

Numquid sunt ( )[1] scluptilibus[2] gentium qui pluant aut celi possunt dare ymbres.

Nonne tu es domine deus noster quem expectauimus . tu enim fecisti omnia hec.

LXXI [CANTICVM].[3]

Canticvm moysi de libro devteronomivm.

Antiphona. *Miserere domine pleui tue et ne despicias hereditatem tuam quam redemisti.*

Domine deus ne disperdas populum tuum . et hereditatem tuam quam redemisti in magnitudine tua quos eduxisti de Egypto in manu forti.

Recordare seruorum tuorum Abraham Ysaac et Iacob.

Ne aspicias duritiam populi huius . et impietatem atque peccatum.

Ne forte dicant habitatores ( )[4] de qua eduxisti nos . (n)on poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis . et oderat illos.

Idcirco eduxit (ut)[5] interficeret (eos)[6] in solitudine.

Qui sunt populus tuus et hereditas tua . quos [f. 108.*b*. eduxisti in fortitudine tua magna . et in bracio tuo extento.

LXXII [CANTICVM].[7]

Canticvm iosafat de libro paralipomenon.

Domine deus patrum nostrorum tu es deus in celo . et dominaris cunctis regnis gentium.

In manu tua est fortitudo et potentia . nequisquam tibi potest resistere.

Nonne tu domine deus noster interfecisti omnes habitatores terre huius quoram populo tuo Israhel . et dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum.

Habitaberuntque in ea et (ex)truxerunt[8] in illa sanctuarium nomini tuo dicentes

Si inruer(in)t[9] super nos mala gladii iudicii pestilentię et fam(i)s.[10]

[1] erasure of *in*.
[2] sculptilibus] originally written sciuptilibus (?) and altered as in text.
[3] Cant. lxxi] Deut. ix. 26–29, Vulg.
[4] the erasure looks like *eius* : *terre* is added in the margin.
[5] *ut*] on erasure.
[6] eos] deleted in red and *illos* substituted in the marg.
[7] Cant. lxxii] 2 Paralip. xx. 6–10, 12, Vulg.
[8] extruxerunt] two or three letters erased and *ex* substituted in marg.
[9] inruerint] *i* on erasure.
[10] famis] *i* altered to *e*?

(S)tabimus[1] coram te in domo hac in conspectu tuo in qua inuocatum est nomen tuum.

(e)t[2] clamabimus ad te in tribula/tionibus nostris . et [col. 2. exaudies salbosque facies.

Nunc igitur domine deus noster . ergo non iudicabis inimicos nostros.

In nobis quidem non tanta est fortitudo . ut possimus huic multitudini resistere que inruit super nos.

Sed quum ignoremus quid agere debeamus . hoc solum residu(um)[3] habe( )mus[4] . ut oculos nostros dirigamus ad te.

LXXIII [CANTICVM].[5]

CANTICVM ESAYE PROPHETE.

Domine deus meus es tu et exaltabo te . et confitebor nomini tuo.

Quoniam fecisti mirabilia . et cogitationes fideles ame(n).[6]

Quia posuisti ciuitatem in tumulum . urbem fortem in ruinam.

Domum alienorum ut non sit ciuitas . et in sempiternum non edificetur.

Super hoc laudabit te populus fortis . ciuitas gentium robustarum timebit te.

Quia factus es fortitudo pauperi . fortitudo egeno in tribulatione sua . spes a turbine . umbraculum ab estu.

Spiritus enim robustorum . quasi turbo /inpellens [f. 109. parietem.

Sicut estu(s)[7] in siti( )[8] tumulum†[9] alienorum humiliabis ( ) quasi calore( )[10] sub nube torrentem propaginem fortium marcescere facies.

Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc . conuibium pinguium . conuibium uindemie pinguium . medullatorum uindemie defecate.

Et precipitabit in monte isto faciem uinculi conligati super omnes populos . et telam quam orditus est super omnes nationes precipitabit mortem in sempiternum.[11]

Et auferet dominus deus lacrimam ab omnia facie et obprobrium populi sui auferet de uniuersa terra . quia dominus locutus est et dicetis in illa die.

[1] stabimus] the leaf has suffered from damp, so that it is uncertain whether the initial was ever there or not.
[2] et] on erased rubric initial.
[3] residuum] *um* altered from *i*.
[4] habemus] one letter erased.
[5] Cant. lxxiii] Is. xxv. 1–10, Vulg. Marked in marg. with a black cross.
[6] amen] the *n* mark apparently erased.
[7] estus] *s* interlined.
[8] siti] *m* mark apparently erased.
[9] read *tumultum ; humiliabis* is written vertically ; erasure of two letters following with *et* substituted in marg.
[10] calore] *m* mark erased.
[11] sempiternum] written vertically.

Ecce deus noster iste est. expectabimus eum et saluabit nos.
Iste dominus sustinuimus eum. exultabimus et letabimur in salutare eius. quia requiescet manus domini in monte isto.

LXXIIII [CANTICVM].[1]

Canticvm esaye prophete.

Domine exercituum deus Israhel qui sedes super cerubin. tu es deus solus omnium regnorum terre.
/Tu fecisti celum et terram inclina domine aurem tuam [col. 2. et audi. aperi oculos tuos et uide. et audi omnia uerba Senaceri(p).[2] quem misit ad blasfemandum deum uibentem.
Vere enim domine desertas fecerunt reges Assiriorum terras. et regiones earum et dederunt deos earum igni.
Non enim erant dii sed opera manuum hominum. ligna et lapis. et cominuerunt eos.
Et nunc domine deus noster salua nos de manu eius. et cognoscant omnia regna terre. quia tu es dominus solus.

LXXV [CANTICVM].[3]

Canticvm esaye prophete.

Antiphona. *Domine salbos nos fac et psalmos nostros cantauimus.*

Ego dixi in dimidio dierum meorum. uadam ad portas inferi( ).[4]
Quesibi residuum annorum meorum. dixi (N)on[5] uidebo dominum deum. in terra uibentium.
Non aspiciam hominem ultra (et)[6] habitatorem quiebit generatio mea ablata est (a me)[7] et conuoluta est. quasi tabernacula pastorum.
Precisa est uelut a texente tela /uita mea. dum adhuc [f. 109.b. ordirer succidit me. de mane usque in uesperum finie(s)[8] me.
Sperabam usque in mane. quasi leo si(c)[9] contribit omnia ossa mea.
Sicut pullus irund(i)nis[10] sic clamab(o)[11]. meditab(o)r[12] ut columb(a).[13]

[1] Cant. lxxiii] Is. xxxvii. 16–20, Vulg.
[2] Senacerip] *p* interlined, substituted for an *m* mark.
[3] Cant. lxxv] Is. xxxviii. 10–20, Vulg.
[4] inferi] an erased letter.
[5] Non] rubric initial on erasure.
[6] et] interlined.
[7] a me] interlined.
[8] finies] *s* on erasure.
[9] sic] *c* interlined.
[10] hirundinis] *i* interlined.
[11] clamabo] altered from *am*.
[12] meditabor] altered from *ar*.
[13] columba] possibly an erasure, the *a* is of a later type.

Adtenuati sunt oculi mei . suspicientes in excelso.
Domine uim patior . responde pro me.
Quid dicam aut quid respondebit mici . cum ipse fecerim.
Recogitabo omnes annos meos . in amaritudine anime mee.
Domine si sic uibitur (e)t[1] in talibus ( )[1] uita spiritus mei . corripies me et uiuificabis me.
Ecce in pace amaritudo mea amarissima . tu autem eripuisti animam meam ut non periret.
(p)roiecisti( )[2] postergum[3] tuum . omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi . neque mors laudauit te.
Non expectabunt qui descendunt /in lacum ueritatem [col. 2. tuam.
Vibens uibens confitebitur tibi . sicut et ego odie . (P)ater filiis[4] notam facio ( )ueritatem[5] tuam.
Domine saluos nos fac et psalmos nostros cantabimus . cunctis diebus uite nostre in domo domini.

LXXVI [CANTICVM].[6]

Canticvm iheremie prophete.

Antiphona. *Qui fecit omnia ipse est deus et Israhel hereditas eius dominus exercituum nomen est illi.*

Iurabit dominus exercituum per animam suam . quoniam replebo te hominibus quasi bruco . et super te celeuma cantabitur.
Qui fecit terram in fortitudine sua preparabit orbem in sapientia sua et prudentia (sua)[7] extendit celos.
Dante eo uocem . multiplicabuntur aque in celo.
(q)ui[8] lebat (nubes)[9] ab extrema terre . fulgura in plubiam fecit.
Qui producit uentos de tesauris /suis . stultus factus est [f. 110. omnis homo ab scientia sua.
Confusus est omnis conflator sc(lu)ptili[10] . quia mendax conflatio eius (nec est spiritus in eis).[11]
Vana sunt (opera eius et risui)[11] digna . in tempore uisitationis suę peribunt.[12]
Non sicut hec pars Iacob . quia qui fecit omnia ipse est deus . et Israhel sceptrum hereditatis eius . dominus exercituum nomen est illi.

[1] erasure under *et* and perhaps after *talibus*.
[2] proiecisti] rubric initial erased. Erasure of one letter.
[3] i.e. *post tergum*.
[4] Pater] rubric initial on erasure.
[5] erasure of about two letters.
[6] Cant. lxxvi] Jer. li. 14–19, Vulg. In the marg. a black cross.
[7] sua] interlined.
[8] qui] rubric initial erased.
[9] nubes] interlined.
[10] sculptili] altered from *sculptili*.
[11] on erasures.
[12] peribunt] written vertically.

LXXVII [CANTICVM].[1]

Canticvm de libro eclesiastes.

Letare iubenis in adulescentia tua . et in bonis sit cor tuum in diebus iubentutis tue.

Et ambula in uiis cordis tui . et in tuitis†[2] oculorum tuorum . et scito quod pro his omnibus adducet te deus in iudicio.

Aufer iram a corde tuo . et amobe malitia†[3] a carne tua . (a)dulescentia[4] enim et uoluptas . uane sunt.[5]

Memento creatoris tui . in diebus iubentutis tue.

/Antequam ueniat tempus afflictionis . et adpropinquent [col. 2. anni de quibus d(i)cas[6] non mici placent.

Antequam tenebrescat sol et lu(na)[7] et lumen et stelle . et reuertantur nubes post plubiam.

Quando commobebuntur custodes domus . et nutabuntur†[8] uiri fortissimi . et otiose erunt molentes in minuto numero.

Et tenebrescent uidentes per foramina . et claudent host(e)a[9] in platea in humilitate uocis molentis.

Et consurgent ad uocem uolucris . et obsurdescent omnes filię carminis.

Excelsa quoque timebunt . et formidabunt in uia.

Florebit amigdalus inpinguabitur lucusta . et dissipabitur capparis.

Quoniam ibit homo in domo eternitatis suc . et circuibunt /in platea plangentes. [f. 110.*b*.

Antequam rumpatur funis argenteus . et recurrat uitta aurea.

(e)t[10] conteratur ydria super fontem . et confringatur rota super cisternam.

Et reuertatur pulbis ad terram suam unde erat . et spiritus redeat ad deum qui dedit illum.

[A]nni[11] peracto circulo
soluta cursi†[12] temporum
huius recepta[13] finibus
tempus reflexit termino.

Nobis nunc sancte domine
tua repleti gratia
anni hunc cursum tempora
nobis†[14] semper custodiat.

[1] Cant. lxxvii] Ecclc. xi. 9–xii. 7, Vulg.
[2] read *in intuitu*.
[3] read *maliciam*.
[4] adulescentia] rubric initial erased.
[5] sunt] written vertically.
[6] dicas] *i* interlined.
[7] luna] on erasure.
[8] read *mutabuntur*.
[9] hostea] *e* on erasure.
[10] et] rubric initial erased.
[11] Anni peracto, *etc.*] This hymn is appended in a smaller hand, in the latter part irregularly as if not by a professional scribe. It would appear however to have been written before the large rubric title which follows it. The text seems hopelessly corrupt.
[12] perhaps *solutum cursum*.
[13] perhaps *receptum a*.
[14] perhaps *noui*, but the rest of the strophe seems hopeless.

Momenta cuncta domine
concede sine crimine
fruamur tua domine
custodia perpetua.

Terramque reple fructibus
animas corpus facito
morbis delictis carere
famem et ostem coibe.

Fac nos hunc tempus spacia†
fideli mente agere
qualiter occulis tuis
mereamur conplacere.

Nam huius nun(c)†[1] temporibus
/Christe redemtor [col. 2.
poscimus
pellas a nobis noxium
anguis nequissimum†[2] uirum.[3]

Per anni cursu spatia†
septem dierum uoluitur
nos septiformis gratie
dignare promtus ingeri.†

Hec nempe Christe condita
tua manet potentia
cuius potestas gloria
per cuncta regnat secula . amen.

Benedic domine anni benignitatis.

EXPLICIT LIBER CANTICORVM INCIPIT IMNORVM DE TOTO CIRCVLO ANNI.

[I]MNVS IN DIEM /SANCTI ACISTVLI AD MATVTINVM IN QVO *ANTE ADVENTVM DOMINI* QVOD EST XV KAL . DECEMBRES. [f. 111.

Gaudete flores martirum,
salbete[4] plebes gentium,
uisum per astra mittite,
sperate signum glorie.

Voces profetarum sonant,
uenire Ihesum nuntiant,
redemtionis preuia[5]
qua(m)†[6] nos redemit gratia.

Hinc mane nostrum promicat,
et corda leta exestuant,[7] [col. 2.
quum uox fidelis personat
prenuntiatrix glorie.

Tante salutis gaudium,
quod est redemtum seculum,
exceptionis inclito
abhinc ciamus[8] cantico.[9]

Aduentus hic primus fuit,
punire[10] quo non seculum
uenit, sed ulcus[11] tergere
salbando quod perierat.

At nunc secundus premonet
adesse Christum ianuis,
sanctis coronas reddere,
celique regna pandere.

[1] *c* interlined, perhaps *anni huius temporibus*.
[2] read *nequissimi*.
[3] i.e. *uirus*.
[4] saluete] gloss *salute*.
[5] praeuia] gloss *antecedente*.
[6] qua] *m* sign by a later hand ; Blume *cum* ; gloss *unde*.
[7] exaestuant] gloss *exardescunt*.
[8] ciamus] gloss *clamemus cantemus*.
[9] *inclitum...canticum* Blume.
[10] punire] gloss *damnare*.
[11] ulcus] gloss *uulnus*.

Eterna lux promittitur,
sidusque[1] salbans promitur:
iam nos iubar[2] prefulgidum
ad ius[3] uocet celestium.

Te Christe solum querimus
uidere sicut es deus,

ut leta nos hec uisio
euellat omni tartaro.

Quo[4] dum redemtor ueneris
cum candidato martirum
globo,[5] adunes celibi[6]
nos tunc beato cetui.[7]

Presta pater.

VERSVS. Exultabunt sancti.

[HYMNVS IN DIEM S. ROMANI.]

Romane, Christi fortis adsertor dei, [f. 111.*b*.
elinguis oris organum fautor mobe,
largire comptum carmen infantissimum ;[8]
fac ut tuarum mira laudum concinam,

Qui[9] scis et ipse posse mutus[10] eloqui.
plectrum palati et faucium sebus tibi
tortor rebulsit, nec tamen silentium
indixit ori quo fatebaris deum.

Vox ueritatis testis extingui nequid,
uel si recisis palpiter†[11] meatibus ;
Christum loquendi[12] lingua numquam defuit,
quum predicatur ipse uerborum dator.

Nunc martir sancte poscit te plebs infima,
sordes emundes, dira pellas crimina,
ignes auerni rore digno conprimas,
iam nos beandos ad superna pertraas.

/Honor sit eterno deo, sit gloria, [col. 2.
uni patri, eiusque soli filio,
cum spiritu, que trinitas perenniter,
uibit potens in seculorum seculis . amen.

VERSVS. Iustorum anime.

HYMNVM DE ADVENTVM DOMINI PER DIES SABBATOS AD VESPERVM.

Christi caterba clamitet
rerum parenti proximas
quas esse sentit gratias,
laudesque promat maximas.

Vatum poli oracula
perfecit olim tradita,
quum nos redemit unicus
factoris orbis filius.

[1] sidus] gloss *stella uel lumen.* [2] iubar] gloss *radio solis.* [3] ius] gloss *potestatem uel equitatem.* [4] Quo] gloss *unde.* [5] globo] *lumine uel rotundo.* [6] caelibi] *caeliti* Neale. [7] cetui] To the preceding hymn all the marginal glosses have been transcribed as specimens, but of the immense number which exist in this section (ff. 111–163) of the MS. only a selection will be given in future. [8] *infantissimo* Dressel. [9] *Nam* Dressel. [10] *mutos* Dressel. [11] *palpitet* Dressel, gloss *tremet.* [12] *loquenti* Dressel.

Verbum profecto proditum
tulit reatum criminum, [f. 112.
/sumensque nostrum pulberem
mortis peremit principem.

A matre natus tempore,
sed sempiternus a patre,
duabus in substantiis
persona sola est numinis.

Venit deus factus homo,
nitescat ut cultu nobo
renatus in nato deo
factus nobus uetus homo.

Natalis hinc ob gaudium
obans tropheo gentium
renata plebs (per)[1] gratiam
hec festa prebet annua.

Aduentus hic psollemnibus
uotis feratur[2] omnibus
quo†[3] sustinere conuenit
tanti diei gloriam ;

Secundus ut cum ceperit,
orbemque terror presserit,
succurrat hec humillima
susceptionis dignitas.

Deo patri.

HYMNVS AD VESPERVM.

Verbum supernum prodiens
/a patre olim exiens, [col. 2.
qui natus orbi subuenis
cursu declibi temporis,

Inlumina nunc pectora
tuoque amore concrema,
audita ut preconia
sint pulsa tandem lubrica.

Iudexque quum adueneris
rimare†[4] facta pectoris,
reddens uicem pro abditis,
iustisque regnum pro bonis,

Non demnes[5] artemur malis,
pro qualitate criminis,
sed cum beatis compotes
simus perennes cęlibes[6].

Deo patri.

HYMNVS AD MATVTINVM.

Vox clara ecce intonat,
obscura queque increpat,
pellantur† eminus omnia,†[7]
ab ethere Christus promicat.

Mens iam resurgat torpida,
que sorde extat saucia,
sidus refulget iam nobum,
ut tollat omne noxium.

/E sursum agnus mitti- [f. 112.*b*.
tur
laxare gratis deuitum,

omnes pro indulgentia( )[8]
uocem demus cum lacrimis.

Secundo ut quum fulserit,
mundumque orror[9] cinxerit,
non pro reatu puniat
nos sed pius tunc protegat.

Deo patri sit gloria,
eiusque soli filio,
cum spiritu paraclito
regnans per omne seculum.
amen.

VERSVS. Deus manifeste.

[1] per] interlined ; perh. *plebes gratia* ?
[2] feratur] gloss *predicetur uel annuntietur.*
[3] *quos* Dressel.
[4] i.e. *rimari* : gloss *scrutare, reserare, patefacere.*
[5] demnes] gloss *damnati* ; the common reading *demum* is doubtless later.
[6] caelibes] gloss *celestes* ; perh. *caelites.*
[7] *pellat* Mone, *somnia* Blume
[8] indulgentia] erasure of one letter (*m ?*).
[9] horror] preferable to the reading *error* of the Moissac hymnal, Dreves ii. 35.

HYMNVS IN DIEM SANCTE CECILIE VIRGINIS.

Incliti festum pudoris
uirginis Cecilie
gloriosa precinamus
uoce promti pectoris,
quo soluta lege mortis
tollitur in etheris.†[1]

Germine hec uirgo clara,
sanctitate clarior,
pectore Christum retemtans,
huncque solum predicans,
ore sponsum, mente seclum,
uicit hostem sanguine.

Pectoris sacri recessum
munit /euangelio, [col. 2.
squalido corpus beatum
p(r)otegit[2] cilicio,
noctis horas et diei
mentis implens cantico.

Hec enim sortita sponso[3]
germinis prefulgidi
angelum dei fatetur
se habere uindicem ;
hunc uerendo ut pudori
det honorem commonet.

Sponsus hic[4] furore ceco
cominatur uirgini ;
sed beata uirgo factis
dicta prorsus conprobans,
angelum munusque celi
mox adesse prestitit.

Adfuit promissus idem
uir coruscis uestibus,
exibens sertis coronas
floribus prefulgidas,
in rosis docens cruorem,
castitatem liliis.

Munere hoc prouocatus
sponsus ad Christi fidem
ilico fratris salutem
inprecatu obtinet,
hincque ambo passionis
consecrantur sanguine.

Tunc deinde uirgo Christi
consequens /Cecilia [f. 113.
hanc triumphalis honoris
promeretur gloriam,
igneis termis retrusa
fit caloris nescia.

Plus calens sic igne Christi
uicit ignem seculi,
et bibrantis ensis ictum
ter ualenter sustulit,
postque terris membra ponit,
spiritu celos petit.

Inde nobis, sacra uirgo,
mitte celi munera
liliorum, uel rosarum
munus inde proroga,
unde ausisti superna
ueritatis gaudia.

Liliis coruscat†[5] in nos
castitas prefulgeat,
punicis rosis uolumtas
passionis ferbeat,
criminum mole subacto†[6]
innobemur gratia.

Ecce aduentum futuri
prestolamur iudicis,
sustinemus et beata
illa lucis gaudia ;
non rei tunc puniamur,
non crememur ignibus.

[1] *aethera* Mone.
[2] protegit] *r* interlined.]
[3] *sponsum* Lor.
[4] *hinc* Mone.
[5] coruscat] *corusca* Lor. and Blume.
[6] *subacta* Lor.

/Martirum sed sacrosanc-[col. 2.
tis
adgregati cetibus
euadamus quod timemus
contuentes gloriam,
regis almi ad coronam
euocati dexteram,

Vt tuam, Christe, uidentes
serbuli presentiam
gratulemur, gaudeamus,
personemus gloriam.
curie celestis arce
confobendi in secula.

Prestet hoc unitas.

HYMNVS IN DIEM SANCTI CLEMENTI† ÆPISCOPI.

Clementis festum celebratur hodie :
uenite plebes et mirate compotem
adseclam Petri domini apostoli,
Romane sedis tertium antestitem,
quem sibi Christus consecrauit martirem.

Hic abitando in urbe Romulea,
annuntiando Ihesum Christum dominum,
inluminabit Teudore[1] Sisinnium,
dum uiso Petro orans ipsa[2] prospicit,
sic a Clemente /babtizatus credidit. [f. 113.*b*.

Hic predicando Christi euangelium
et conuocando katerbas fidelium
Traiani iussu ducitur exilium
trans Pontum mare in preruptum eremum ;
ibi peregit insigne miraculum :

Aquarum uenas ex abisso eduxit
et satiauit sitientes incolas,
qui per metalla excidebant marmora,
et satiabit†[3] tabe siti ualida
pro Christi nomen portantes supplicia.[4]

Ob hoc crescente emula inuidia
profundum†[5] maris mergitur cum ancora,
ibi umatur sepulcrali camara,
in qua[6] receptus extat nunc eclesia,
ubi fideles confluunt per secula.

Qui cursus anni, tectus aqua ualida,
alto in mari subtus undas latitat ;
cuius recurrens annua festiuitas[7]
recedit mare fere tria milia,
/per septem dies uias prefert fulgidas. [col. 2.

[1] *Theudorum* Blume, wrongly. [2] *ipse* Blume, wrongly.
[3] et satiabit] *et aestuabant tabe et siti*, Lor., *et aestuabant tabe siti* Blume.
[4] three stanzas are apparently omitted here, see Blume.
[5] *profundo* Dreves xiv. 129. [6] *hinc adreceptus adstat nunc* Dreves.
[7] I hesitate to limit grammatical possibilities in this hymn.

Cuius sepulcrum uelut aurum rutilat,
ancora colli ut argentum emicat,
fiunt†[1] uirtutes per fideles petitas
agentes deo gratias multimodas,
qui prestat sanctis tanta mirabilia.[2]

Christum rogemus uerum patris unicum,
et obsecremus, almumque spirituum,[3]
ut mundi procul auferat iactantiam,
uirtutum nobis donet habundantiam,
per quam eternam mereamur gloriam.

Gloria patri, gloria sit filio,
gloria sancto precedenti†[4] spiritu.
qui deus unus regit mundi macina,[5]
disponit cuncta reuolbendo tempora,
tenetque regnum perpetim per secula. amen.

VERSVS. In memoria.

HYMNVS IN DIEM SANCTI SATVRNINI.

/Vocis audite nouitas refulsit [f. 114.
regis aduentum recinens superni ;
det suos terra pariendo flores
iure[6] colonis.

Ninguidis scepta[7] spatiis Tolosa
fraglet[8] accensa fidei calore,
que[9] Saturnino reuoante Christum
martire cepit.

Docmate cuius simulacra cedunt,
cuius accessu reticere discunt
demonum uabra[10] dominantis ora
uoce sopita.

Hic dei patris genitum colendo
predicans uoce simul et cruore,
uincitur tauri pedibus, litanda[11]
uictima Christo.

[1] *facit* Blume. [2] two strophes omitted? see Blume.
[3] Mozarabic scansion often gives *spiritus* an extra syllable, but more probably from a prefixed vowel (*esp.* or *isp.*) than from a 2nd declension form *spirituus*, *spiritui*.
[4] read *procedenti*. [5] neut. pl.?
[6] iure] gloss *sorte*.
[7] scepta] i.e. *saepta*, gloss *circumdata*.
[8] fraglet] gloss *redolet* (i.e. *fragrat*) but prob. *flagret* as Blume.
[9] *quem* Blume. [10] i.e. *uafra*, gloss *frauaulenta uel stulta*.
[11] *litandus* Blume.

Huius inlesi cineres dicato
rite transferri tumulo merentur,
quo fides cultu gemini honoris
aucta maneret.

Ynde te Christe ueniens[1] rogamus
mitis apparens ueniendo†[2] /iustis [col. 2.
nosque uictorum socians coruscis
iunge colonis.[3]

Gloriam Christo patulo canamus
ore prestanti siue†[4] seruienti,
tanta qui pollet deitati†[4] simplex
trinus et unus. amen.

HYMNVS IN DIEM SANCTORVM FACVNDI ET PRIMITIBI.

Fons[5] deus eterne pacis,
lux origo luminis,
dilectionis amorem
tue infundens nobis
mira presta ut queamus
tua promere ymnis.

Almorum ecce tuorum
pangimus insignia
Facundi et Primitibi
martirum in canticis
tibi regi offerentes
sacrificium laudis.

Cuncti enixe precantes
poscimus te serbuli
rex nobis horum rigata†[6]
nostri dies† ut delicti
ueniam, pro te qui multis
/sunt tormentis adfecti. [f. 114.*b*.

Venit Adticus dum preses
in fines Gallecie,
Christiani hii Christum
fatentes prouincie
ipsius sistuntur suis
conspectibus incole.

Nomen Christianitatis
impius extinguere
nitens hos uinctos catenis
iussit is trai ad se,
ac frangi digitos horum,
crura et contorqueri.

Direxit epulas illis
quibus edebat ipse,
oblatum sibi tunc sancti
temnunt ciuum carcere;
iratus camino iussit
eos iudex ardere.

Isti ambo consultori
ueracia presidi
uerba respondentes missi
quum fuissent inlesi
manserunt, qui post tres dies
intacti sunt inuenti.

Post infectum dari iussit
illis ciuum ueneno;
oratione acceptum
quem, et crucis uexillo
/armati, sancti ederunt, [col. 2.
nicil mali senserunt.

[1] *uenias* Blume.
[2] perh. *ueniam da.*
[3] colonis] read, with 30845 and Blume, *coronis.*
[4] read *sibi...deitate.*
[5] Fons deus] this hymn, which is not in Lor., is without glosses. It is an acrostic.
[6] read *nobis horum rogatu nostri des; precatu nostri des* Blume.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Rator[1] tunc uncinis trai
nerbos e corporibus
eorum iussit, illosque
oleo perfundere
candente, atque subueni[2]
lampades lateribus.

Iussit uibam calcem mixtam
cum aceto et felle
eorum mitti in guttur
uiolenter iudexque ;
nam sancti biberunt potum
fidenter in domino.

Martirum et effodiri
iussit oculos preses,
que quum sancti agunt Christo
grates deo fierent ;
suspendique tunc deorsum
iubet eos capite.

Ynlustrati post triduum
et sani inuenti sunt,
quos uibos discoriari
iudex iussit iniquis,†[3]
capita sanctorum mundat†[4]
horum atque precidi.

Tunc milites absciderunt
capita beatorum,
cerbicibus statim quorum
lac et sanguis exiit :
multi uidentes gauisi
/in Christo crediderunt. [f. 115.

Ihesu redemtor excelse,
dei patris filius,
interuentu horum nobis
martirum inploramus
te, de celis ut iubamen
des angelicum, deus.

Vigeat iam eclesia
tuis adiutoriis
tua per orbem diffusa
terrarum, atque pacis
ornetur uirginitatis
dono et karitatis.

Inclito sit laus patri,
atque tibi filio,
una cum spiritu sancto,
honor , benedictio,
gloria , salus , potestas,
per omnia secula . amen.

VERSVS. Vox letitie.

HYMNVS IN DIEM SANCTI ANDRE APOSTOLI.

Decus sacrati nominis
nomenque uitam exprimens,
hinc te decorum predicat
crucis beate gloria.

Andreas, Christi apostole,
hoc ipsi iam uocabulo
decorus, idem mistice
signaris isto nomine.

/Quem crux ad alta [col. 2.
proueit,
crux quem beata diligit,
cui crux amata preparat
lucis future gaudia.

In te crucis misterium
cluit[5] gemello stigmate,[6]
dum probra uincis per crucem,
crucisque pendis[7] sanguinem.

Yam nos fobeto languidos,
curamque nostri suscipe,
quo per crucis uictoriam
celi petamus patriam.

Deo patri.

VERSVS. Potens.

[1] *Rector* Blume, unnecessarily.
[2] perh. *supponi* ; *subuehi* Blume.
[3] read *iniquus*.
[4] read *mandat*.
[5] cluit] gloss *pollet*.
[6] stigmate] gloss *signe uel cicatrices seu puncta*.
[7] pendis] gloss *solbis uel suspendis*.

HYMNVS IN DIEM SANCTE LEOCADIE.

Sanctissime Leocadie
sollemne festum prodiit,
quo uana terre dispuens
ad regna celi transiit.

Omnes uenite supplices
cordis reatum pandite,
gaudendo uota solbite,
deoque grates reddite.

Hec namque uirgo nobil(e)s[1]
exorta claro germine
confessa Christum fortiter
penas libenter pertulit.

Correpta iussu presidis,
uacis[2] /ligatur ferreis, [f. 155.*b*.
ut uinculorum pondere
fides puelle cederet.

Illic per abstinentiam
Christo placere cogitans
laudum rependit gratias,
precumque defert uictimas.

Sed mox beate (Leocadie)†[3]
mortem sacratam conperit:
in carcerali uinculo
celo refudit spiritum.

Nunc, uirgo sancta, quesumus
et lacrimando poscimus,
ut probra nostra diluas
et uota Christo deferas.

Tu nostra cibis[4] inclita,
tu es patrona uernula:
ab urbis huius termino
procul repelle tedium.

Non hostis hic preualeat,
non morbus aut penuria,
recedat omne noxium,
et conferatur commodum.

Sic uita rebus affluat,
ne corda luxu sordeant:
cunctis nobis prece tua
detur a Christo gratiam.†[5]

/Deo perenni gloria, [col. 2.
et gratiarum copia,
qui cuncta uo(l)bit[6] tempora
et regnat ante secula. amen.
VERSVS. Confessionem.

HYMNVS IN DIEM SANCTE EOLALIE.

Germine nobilis E(u)lalie,†[7]
mortis et indole nobilior,
Emerita†[8] sacra uirgo suam,
cuius abuere†[9] progenita est,
ossibus ornat, amore colit.

Proximus occiduo locus est,
qui tulit hoc decus egregium,
urbe potens, populis locuplex,
sed mag(ne)[10] sanguine martirii
uirgineoque potens titulo.

[1] nobilis] *e* altered to *y*.
[2] uacis] i.e. *bacis*, gloss *catenis*.
[3] Leocadie] in a late hand on erasure (of Eulalie?)
[4] ciuis] gloss *auitatrix*.
[5] read *gratia*.
[6] uoluit] *l* interlined.
[7] Eulalie] *u* altered to *o*, read *Eulalia*.
[8] read *Emeritam*.
[9] read *ab ubere*, gloss *genere*.
[10] magne] *ne* on erasure, read *mage*? gloss *sed pluri*.

Curriculis tribus atque nobem
tr(ihi)emens†[1] quater adtigerat,
cum crepitante pira trepidos
terruit aspera carnifices,
supplicium subiit ulcerata.†[2]

Iam dederat prius indicium
/tendere se patris ad [f. 116. solium,
nec sua membra dicata torum :†[3]
ipsa crepundia[4] reppulerat
ludere senela[5] pusiola,

Spernere su( )cina[6] flore†[7] rosas,
(u)ulba[8] munilia respuere,
ore[9] seuera, modesta gradu,[10]
moribus[11] et nimium generis†[12]
caniti(ę)†[13] meditata senum.

Adst ubi se furiata lues
excitat in famulos domini,
Christicolasque cruenta iubet
tura cremare, iecur pecudis
montiferis adolere diis,

Infremuit sacer Eulalię
spiritus ingeniique ferox ;
turbida frangere bella parat,
et rude[14] pectus an( )ela[15] deo
femina prouocat arma uirum.

Sed pia cura parentes ag(unt),†[16]
uirgo animosa domi ut lateat,
abdita rure et ab urbe procul.
ne (fera)[17] sanguinis in pręti(o)[18]
mortis /amore puella [col. 2. ruat.

Illa perosa quietis opem,
degeneri(s)[19] tolerare moram,
nocte fores sine teste mobet
septaque claustra fugax aperit,
inde per inuia carpit iter,

Yngreditur pedibus laceris
per loca senta siue†[20] uepribus
angelico conmitata choro,
et licet orrida nox (sc)ileat,[21]
lucis habet tamen illa ducem.

Sic habuit generosa patrum
turba colu(mni)ferum[22] radium,
s( )indere[23] qui tenebrosa potens
nocte uiam face( )[24] prespicua( ),[25]
prestitit iter eunte†[26] ca(h)o.[27]

Non aliter pia uirgo uiam
nocte secuta diem meruit,
nec tenebris adoperta fuit,
regna Canopica quum fugeret,
et super astra pararet iter.

[1] trihi] *ii* on erasure and *h* interlined, read *tres hiemes*.
[2] ulcerata] gloss *uulnerata* ; perh. *subit, sibi dulce rata* Dressel.
[3] read *toro*.
[4] crepundia] gloss *initia uel cunabula*.
[5] ludere] gloss *uersibus dicere*. senela] gloss *senilia* ; perhaps correct ; *nescia* Lor. Dressel.
[6] succina] erased letter.
[7] flore] *flores* Lor., *flare* Dressel, *flere*?
[8] fulua] *f* altered to *u*, gloss *rubea uel aurea ornamenta*.
[9] ore] gloss *fines uel regionis* !
[10] gradu] gloss *confere pariser* (?)
[11] moribus] gloss *obsecundus*.
[12] generis] *teneris* Lor.
[13] canitie] altered from *canitiem*.
[14] rude] gloss *nobum*.
[15] anhela] erased letter.
[16] agunt] erasure ; *parentis agit* Dressel.
[17] fera] on erasure.
[18] pretio] altered from *um*.
[19] degeneris] *s* erased, gloss *genere dissimile, degeneri mora* Lor.
[20] siue] *situ et* Lor. and Dressel.
[21] sileat] *sc* interlined.
[22] columniferum] altered to *coloni ferum*, *coloni* is glossed *salus* and *ferum*, *prope uel sene*.
[23] scindere] erased letter.
[24] face] erased *r*.
[25] prespicua] erased letter.
[26] *intereunte* Dressel.
[27] chao] *h* interlined, gloss *tenebre uel ruine*.

Illa gr(a)du[1] cita peruigili
milia multa prius peragit,
quam plaga (pandat[2] eoa polum,
mane) /( ) superba [f. 116.*b*. tribunal adit,
facibus†[3] adstat et in mediis

Voceferans ita,[4] quis furor est
pendere prȩcipites animas,
et male prodiga corda suis
sternere ras(c)ilibus (s)cop(u)-lis,[5]
omnipatremque negare deum.

Queritis, o miseranda manus,
Christicolum genus? en ego sum,
dȩmonicis inimica sacris,
idola protero sub pedibus,
pectore et ore deum fateor.

Ysis Apo(l)lo[6] Venus nicil est,
Maximianus et ipse nicil,
ille†[7] nicil quia facta manu,
hic manum†[8] facta quia inquolit,
fribola[9] utraque putre†[10] nichil.

Maximianus opum dominus,
ettamen ipse cliens la( )pidum[11]
prostituat (f)obeatque†[12] suis
numinibus caput ipse suum ;
pectora quur generosa quatit?

Dux bonus, arbiter egregius
sanguine pascitur innocuo,
/corporibusque piis [col. 2. in(h)ians[13]
uiscera sobria dilacerat,
gaudet et (ex)cruciare[14] fidem.

Ergo age tortor adure, seca,
diuide membra coacta luto ;
solbere rem fragilem facile est :
non penetrauitur interior
exagita(n)te dolor(e)[15] animus.

Talibus excitus in furias
pretor ayt, rape( )[16] precipitem
lictor et obrue suppliciis,
sentiat esse deos patrios,
nec lebe principis inperium

Quam cuperem tamen ante necem,
si potis est, reuocare tuam
t(o)rba[17] puell(ul)a[18] nequitiam ;
respice gaudia quanta metas
que(que)[19] tibi ( )[20] geni( )alis[21] honor.

Te lacrimis labefacta domus
prosequitur, generisque tui
ingemit anxia nouilitas,
flore quod occidis (in)[22] tenero
/proxima dotibus et [f. 117. talamo.

[1] gradu] *a* altered to *e*.
[2] pandat] interlined; this and the next three words (on erasure) are in a later hand, an erasure (long enough for *mane*) begins the next page.
[3] *fascibus* Lor.
[4] *rogo* Dressel.
[5] rasilibus scopulis] *c* inserted, *s* erased, *u* on erasure.
[6] Apollo] l interlined.
[7] *illa* Lor.
[8] *manuum quia facta colit* Lor.
[9] friuola] gloss *uasa fictilia uel fabila misera*.
[10] putre] *et utraque* Lor.
[11] lapidum] erased letter.
[12] fobeat] *f* in late hand on erasure, read *uoueat*.
[13] inhians] erased letter.
[14] excruciare] *ex* interlined.
[15] exagitante dolore] erased letters.
[16] rape] erased letter.
[17] torva] *u* altered to *o*.
[18] puelluia] *ul* interlined.
[19] que] interlined.
[20] *after* tibi] erasure of about four letters (*fert* Dressel).
[21] genitalis] letter eras d, perhaps rightly.
[22] in] interlined.

Non mobet aurea pompa tori ?
non pietas veneranda senum,
quos temeraria deuilitas ?
ecce parata ministeria
excrucia(les)†[1] ex(s)itiis.[2]

Aut gladio feriere caput,
aut laniabere membra feris,
aut facibus data fumificis,
flebiliter u( )lulanda[3] tuis
explorat arte siscitatur†[8] callida,
deusne membris sit receptus terreis,
sed increpata fraude post tergum ruit.

Hoc nos sequamur quisque nunc pro uiribus,
quod consecrasti†[9] tu magister dogmatis
tui[10] dedisti Christe sectatoribus,
ut quum uorandi uicerint[11] libidinem,
late triumphet imperator spiritus.

Hoc est quod atri libor hostis inuidit,†[12]
mundi polique quod gubernator probat,
altaris aram quod facit placabilem,
quod dormientis excitat /cordis fidem, [f. 131.
quod limat egram corporis libidinem.[13]

[1] The same hymn continued. The divisions marked by R[epetitio] are assigned by Lor. to the second, third and fifth feria.
[2] *loquor* Dressel.
[3] i.e. *salubri.*
[4] uas] gloss *humana natura.*
[5] *miratus* Dressel.
[6] limum] gloss *humana substantia quam Christus in se adsumserat.*
[7] *tantum* Dressel.
[8] *sciscitator* Dressel ; gloss *interrogatur.*
[9] *consecrati* Dressel.
[10] *tuis* Dressel.
[11] *uicerit* Dressel.
[12] *inuidet* Dressel.
[13] *pectoris rubiginem* Dressel.

Repetitio.

Perfusa non sic amne flama extinguitur,
nec sic calente sole tabescunt niues,
ut turbidarum scabra culparum seges
uanescit almo trita sub ieiunio,
si blanda semper misceatur largitas.

Est quippe et illud grande uirtutis genus
operire nudos, indigentes pascere,
opem benignam ferre supplicantibus,
unam paremque sortis humane uicem
inter potentes atque egenos ducere.

Satis beatus quisque dextram porrigit
laudis rapacem prodigam pecunie,
cuius sinistra dulce factum nesciat :
illud†[1] perennes protinus conplent opes,
/ditatque fructus fenerantem centiplex. [col. 2.

Honor potestas plenitudo gratie
deo perenni, trinitati simplici,
eterna cuius et beata gloria
replet globi ac rerum cuncta[2] macina,[2]
tenet que regnum perpetim per secula. amen.

ITEM ALIVS YMNVS XLME POST MEDIANTE† DICENDVS.[3]

Ad Sextam.

Fabe(ns)[4] redemtis uoto abstinentie ( )[5]
occurre fessis dux uerus Emanuel,
a quo dicata sanctius ieiunia
futuri formam[6] noscitur ad gloriam,
opus cęlestis regni esset[7] ianuam.

Cui sic†[8] consors uirtus elemosine
ignita lampas iuncta parsimonie,
utroque pollens celso quisnam opere
riteque conpos, ut alis pennigera
uolatu pernix poliatus†[9] intima.

[1] *illum* Dressel.
[2] regarded as neut. plural? *cf.* p. 210 n. 5.
[3] ITEM ALIVS] note in margin *Ymnus de traditione aomini ad iiiam inquire in finem libri* (lost?).
[4] Fauens] *ns* inserted?
[5] after *abstinentie* about three letters erased.
[6] *forma* Blume.
[7] *esse* Blume ; I suspect further corruption.
[8] sic] *si* Lor. and Blume.
[9] *poli adit* Lor. ; gloss *celi adpropinquabat*.

Insigne cuius Moyses misterio[1]
dei amicus extitit oraculo,
/raptus Helias celi curro igneo, [f. 131.*b*.
fultu†[2] tuetur Ninniue cum ciuibus:
uox uerbi claret ueritatis nuntius.

Passim deinde tu magi(s)ter[3] cęlibum
quater dierum decies curriculo
uictor triumphans paradisi heremo,
morsum delicti abluens ieiunio,
prorsus rete(n)tans[4] temtatori callido.

Hoc nos sequentes u( )sitat(i)m[5] decimas
saltim dierum nunc litamus hostias.
tu quoque mitis iugis indulgentia
et[6] olocausta effice pinguissima
quo expiemur† sordium piacula.
Presta quesumus.

Ad nonam.

Poculum esto uite sitientibus,
fons aque uibe, regni sors denarius;
gule qui austo[7] in Adam cecidimus,
surgendo in te ieiunando dapibus
reficiamur cum supernis ciuibus.

Qui contritorum usus sacrificio
/adest†[8] latroni in crucis patibulo, [col. 2.
nobis adesto cęlitus tu domine ( )[9];
nostri memento, nos de trono respice,
quos redemisti tuo sacro sanguine.

Iudex ut ipse quum tremendus ueneris
preuiam crucem[10] angelorum humeris,
terrore mundum tubaque concusseris,
cum sanctis ipsis innobati gloria
dextram tenentes euadamus tartara.

Presta quesumus[11] trinitas potentia
cuncta qui regis seculorum secula,
ut te fruentes sine fine gloria
lux angelorum et dies perennius
sol ipse nobis uigeas perpetuus. amen.

[1] *mysterium* Lor. and Blume.
[2] *fulta* Lor. and Blume.
[3] magister] *s* interlined.
[4] retentans] *m* altered to *n*.
[5] usitatim] *i* erased, *u* altered to *i*.
[6] *ut* Lor., perh. better.
[7] *gustu* Lor. and Blume.
[8] *ades* Lor. and Blume.
[9] erasure of about three letters.
[10] *praeuia cruce*?
[11] *praestaque summa* Lor. and Blume.

HYMNVS DICENDVS PER DIES SABBATOS.

Ad matvtinvm.

Aurora iam spargit polum,
terris dies inlabitur,
lucis resultat spiculum,
discedat omne lubricum/...[1]

* * * *

[HYMNVS DE RESVRRECTIONE DOMINI].

.../induit[2] ne gens periret primoplausti[3] ex germine, [f. 132.
merserat quem lex profundo noxiali tartaro.

O beatus ortus ille uirgo quem puerpera
edidit nostram salutem feta sancto spiritu,
et puer redemtor orbis os sacratum protulit.

Gloria patri melodis personemus uo(ci)b(us),[4]
gloriam Christo canamus, gloriam paraclito,
qui deus trinus et unus regnat ante secula. amen.

Versvs. Constituite.

Secvnda feria.

Ecce quem uetus†[5] uetusti† concinebant seculis,
quem prophetarum fideles pagine spoponderant,
emicat promissus olim ; cuncta conlaudent eum.

Cantaris[6] infusa limpha fit Falernum nobile ;
nuntiat uinum minister esse potum[7] ex idriis ;
ipse rex sapore tinctis obstupescit poculis.

Membra[8] morbis ulcerosa, uiscerum putredines,
mando ut abluantur, inquid ; fit ratum quod iusserat,
turgidam cutem repurgans†[9] uulnerum piamina.

Tu[10] perennibus tenebris iam sepulta lumina
inlinis limo salubri, sacri odoris nectare,
mox apertis ac medellam†[11] lux reducta est orbibus.

[1] after f. 131 two leaves are wanting.
[2] induit] the hymn begins *Psallat altitudo caeli*, Lor., p. 385, but comes, with the six divisions following, from Prudentius Cath. ix., *Da puer plectrum*.
[3] primoplausti] i.e. *plasti* ; gloss *plasmati*.
[4] uocibus] *ci* interlined, *us* on erasure of *is*.
[5] *uates uetustis*, Dressel ; gloss *prophetas*.
[6] Cantharis] gloss *ydriis*. Marg. *ubi aquas conuertit in uino*.
[7] potum] *promtum* Dressel. [8] Membra] Marg. *De leproso mundato*.
[9] *repurgant* Dressel.
[10] Tu] Marg. *Vbi aperuit de sputo oculos ceci nati*.
[11] *hac medela* Dressel.

Increpans†[1] uentum furentem, quod procellis tristibus
uertat equor summo†[2] ab immo, uexet et uagam ratem,
ille iussit,†[3] obsecundans† mitis unda sternitur.

Tertia feria.

Extimum[4] uestis sacrate furtim mulier adtigit,
protinus salus secuta est, ora pallor deserit,
sistitur riuus cruoris[5] qui fluebat perpetim.

Exitu[6] dulcis iubente[7] raptum effebum uiderat
orba quem mater, /suppremis funerabat fletibus; [f. 132. *b*.
surge dixit, ille surgens matri†[8] adstans redditur.

Sole[9] iam quarto carentem, iam sepulcro absconditum,
Lazarum iubet uigere reddito inspiramine;[10]
fetidum iecur[11] reductus rursus intrat alitus.

Ambulat[12] per stagna ponti, summa calcat fluctuum,
mobilis licor profundi pendulam prestat uiam,
nec fatescit unda sanctis pressa sub uestigiis.

Qvarta feria.

Suetus[13] antro bustualis†[14] sub catenis frendere
mentis inpos efferatis[15] percitus furoribus
prosilit ruitque supplex, Christum adesse ut senserat.

Pulsa[16] pestis lubricorum milleformis demonum
corripit greges†[17] suillos sordidos porcaminum,†
seque nigris mergit undis /et pecus limphaticum. [col. 2.

Quinque[18] panibus peresis et gemellis piscibus
affatim refecta iam sunt accubantum milia,
ferte† qualis†[19] ter quaternis† ferculorum fracmina.

Tu cibus potusque noster, tu perennis suabitas;
nescit esurire in euum, qui tuam sumit dapem,
nec lacunam uentris inplet, sed fobet uitalia.

[1] *increpas* Dressel. Marg. *Vbi imperabit uentos et mari.*
[2] *fundo* Dressel, gloss *profundo.* [3] *iussis obsecundat* Dressel.
[4] Extimum] gloss *extremum.* Marg. *Vbi mulier tetigit uestimenta eius et sanata est.* [5] *cruore...perpeti*, Dressel.
[6] exitu] Marg. *Vbi de filio uidue suscitato dicit.*
[7] *iuuentae* Dressel; *iuuentus* Lor. [8] *surgit matri et* Dressel.
[9] Sole] Marg. *Vbi dicit de Lazoro suscitato.* [10] *spiramine* Dressel.
[11] iecur] gloss *vitalia cordis ubi ignis habet sedem, uel ficatum.*
[12] Ambulat] *Hec dicit quod super mare sicca planta transibit.*
[13] Suetus] Marg. *Vbi dixit demonio obmutesce et exi ab illo.*
[14] bustualis] gloss *sepulcri*; *bustuali* Dressel. [15] efferatis] *u* written over *i*.
[16] Pulsa] Marg. *Vbi demon gregem porcorum in mare dimersit.*
[17] *gregis suilli sordida spurcamina* Dressel.
[18] Quinque] Marg. *Vbi quinque panibus et pisce geminato quinque milia satiabit.*
[19] qualis] gloss *cofanis*; *fertque qualus ter quaternus* Dressel.

QVINTA FERIA.

Clausus[1] aurium meatus[2] et sonorum nescius
purgat ad precepta Christi crassa queque obstacula,
uocibus capax fruendis ac susurris preuius.†[3]

Omnis[4] egritudo cedit, langor omnis pellitur,
lingua fatur quam ueterna uinxerant silentia,
gestat et suum per orbem[5] letus eger lectulum.

Quin et ips(um),[6] ne salutis inferi expertes forent,
tartarum benignus intrat, /fracta cedit ianua, [f. 133.
uectibus cadit reuulsis cardo dissolubilis[7]

Illa[8] promta ad inruentes, ad reuertentes tenax,
obice extrorsus reclusos[9] porta reddit mortuos,
lege uersa et limen atrum iam recalcandum patet.

Sed deus[10] dum luce fulua mortis antra inluminat
dum stupentibus tenebris candidum prestat diem,
tristia squalentis (ethere)[11] palluerunt sidera.

Sol[12] refugit et lugubri sordidus ferrugine
igneum reliquit axem seque merens abdidit,
fertur orruisse mundum†[13] noctis eterne cahos.

Gloria patri melodis.

SEXTA FERIA.

Solbe[14] uocem mens sonoram, solbe linguam mobilem,
dic trofeum passionis, dic triumphalem crucem ;
/pange uexillum notatis quod refulget frontibus. [col. 2.

O nobum[15] cede stupenda uulneris miracula,†[16]
hinc cruoris fluxit unda, limpha parte ex altera
limpha nempe dat labacrum, tunc†[17] corona ex sanguine
est.

[1] Clausus] Marg. *Vbi surdum audire fecit.* [2] meatus] gloss *triatus.*
[3] praeuius] gloss *antecurrens* ; but *peruius* Dressel.
[4] Omnis] Marg. *Vbi mutum loquere fecit et paraletico dicit tolle lectum tuum et ambula.* [5] *urbem* Dressel.
[6] ipsum] *um* altered to *i.* Marg. *Quod in infernum descendens portasque eius confregit.* [7] *indissolubilis* Dressel.
[8] Illa] Marg. *Hoc de inferno dicit qui apertus est ad suscipere tenax ad dimittere.*
[9] reclusos] *repulso* Dressel.
[10] Sed deus] Marg. *Quod inferna dominus adiit dies eis refulsit.*
[11] *aethrae* Dressel ; *ethere* interlined by a later hand.
[12] Sol] Marg. *Quod sol in Christi passione lumen amisit.*
[13] *mundus* Dressel.
[14] Solue] Marg. *Hic semedipsum adclamat ut de passione Christi et gloria eius clamare nuntiat.*
[15] O nouum] Marg. *Quod sanguis et aqua de latere Christi emanabit.*
[16] *miraculum* Dressel. [17] *tum* Dressel.

Vidit[1] anguis imolatum†[2] corporis sacri hostiam,
uidit et fellis perusti mox uenenum perdidit,
saucius dolore multo colla fractu†[3] sibilat.

Quid tibi[4] profane serpens profuit rebus nobis
plasma primum perculisse uersipelli ortamine?
diluit culpam recepto forma mortalis deo.

Gloria patri melodis.

[VERSVS.] Hic est dies.

SABBATO.

Ad brebem[5] se mortis usum dux salutis edidit,[6]
mortuos olim sepultos ut rediret†[7] insuesceret,
dissolutis pristinorum uinculis peccaminum. [f. 133.*b*.

Tunc[8] patres sanctique multi conditorem preuium
iam reuertentem secuti tertio demum die
carnis indumenta summunt eque bustis prodeunt.

Cerneres[9] coire membra de fauillis aridis,
frigidum uenis resumtis puluerem tepescere,
ossa nerbos ac medullas gluttino cutis tegit.†[10]

REPETITIO. Post[11] ut occasum resolbit uite et hominem reddidit,
arduum tribunal alti uictor ascendit patris
inclitam celo reportans passionis gloriam.

Macte iudex mortuorum, macte rex uibentium,
dexter in parentis arce qui cluis uirtutibus
omnium uenturus inde iustus ultor criminum.

Te senes[12] et te iubentus, paruulorum /te corus, [col. 2.
turba matrum uirginumque, simplices puellule,
uoce concordes pudicis prestrepant[13] concentibus.

Fluminum lapsus et unde, litorum crepidines,
imber, estus, nix, pruina, silba et aura, nox, dies,
omnibus te concelebrent seculorum seculis . amen.

VERSVS. Constituite diem.

[1] Vidit] *Hic aperte cognobit zabulus quia hic erat qui conteruit kapud eius.*
[2] *inmolatam* Dressel. [3] *fractus* Dressel.
[4] Quid tibi] Marg. *Hic inridetur diabolus eo quod in crassum cucurrit et de Christo dicit quod per mortalem formam omnem culpam originalem diluerit.*
[5] Ad breuem] Marg. *Vbi modicum gustabit mortem ut mortuos aliquando sepultos a mortuis suscitaret.* [6] *dedidit* Dressel. [7] *redire* Dressel.
[8] Tunc] Marg. *Vbi omnes patres antiqui sequuti Christum in carne cum eo suscitati sunt.*
[9] Cerneres] Marg. *Vbi pulbis eorum conglobatum est in ossa nerbos medulla et cutis.* [10] *tegi* Dressel.
[11] Post] Marg. *Hic dicit qualiter triumphum ascendit.*
[12] Te senes] Marg. *Hic prouocat sensibilia atque insensibilia ad laudandum deum.*
[13] *perstrepant* Dressel; authority for *praestr.* in Traube's Poet. Aev. Carol. iii. 128.

HYMNVS DE RESVRRECTIONE DOMINI AD VESPERVM.

Ad cenam agni prouidi
stolis†[1] alui candidi
post transitum maris rubri
Christo canamus principi.

Cuius ( ) corpus (sanctissimum)[2]
in ara( )[3] crucis torridum
cruore eius roseo
gustando uiuimus deo,

Protecti pasce uespere
a deuastante angelo,
erepti de durissimo
Phara( )onis[4] imperio.

Iam pascha nostrum Christus est,
qui inmolatus ( )[5] agnus est,
/sinceritatis azima [f. 134.
caro eius oblata est.

O uera digna hostia,
per quam fracta sunt tartara,
redempta plebs captiuata
reddit(o)[6] uite premi(o).

C(um)[7] surgit Christus tumulo,
uictor redit de uaratro
tirannum tradens uinculo
et reserans paradisum.

Quesumus auctor omnium
in hoc pascali gaudio
ab omni mortis inpetu
tuum defend(e)[8] populum.

Gloria (tibi domine
qui surrexisti a mortuis
cum patre et)[9] sancto spiritu
in sempiterna secula . amen.

YMNVS DICENDVS (IN)[10] SABBATIS DE RESVRRECTIONE VSQVE AD ASCENSIONEM DOMINI.

*Te centies mille legionum angeli
conceptu† plaudent†[11] et canora iubilant
Christe Ihesu alfa et ho omnipotens
sepultus olim /et uibens in secula, [col. 2.
testis fidelis et uerum principium.*

Qui mundi huius deiecisti principem
redimens orbem tuo almo sanguine,
sanctus et uerus genitus ingeniti
reserans clausum et apertum[12] obstruens
faciens deo regnum†[13] sacerdotium.

[1] *estolis albis* Blume, but the Spanish origin of the hymn seems to be doubtful; *et stolis albis* Dreves.
[2] erasure of four or five letters after *Cuius*, and *sanctissimum* on erasure.
[3] ara] erased letter.
[4] Pharaonis] *h* erased.
[5] about three letters erased.
[6] reddita uitae praemia] each *o* on erasure; *redit ad uitae p.* Dreves.
[7] Cum] on erasure.
[8] defende] erasure of two letters?
[9] tibi–patre] on erasure; *et* interlined.
[10] IN] interlined.
[11] *concentu plaudunt* Lor.
[12] *opertum* Blume (a misprint?)
[13] *regni* Lor. and Blume; perh. *regium*; gloss *ecclesię*.

Tu uerus[1] agnus solus sine macula,
qui dextram patris conlocatus solio,
solus egressus ab arce dominica,
similis yaspis et sardino lapidi ;†[2]
yris per girum zmaracdum circuit.[3]

Tu dei pignus, hominisque filius,
septies librum[4] signatum signaculis
soluere signa dignior repertus es,
agnus occisus, septem pollens cornibus,
septeno fulgens e†[5] lumine flameo.

E trono produnt[6] fulgura tonitrua,
septem ardentes /ante tronum lampades, [f. 134.*b*.
septem ubique missi dei spiritus,
septem stelle[7] micant agni dextera,
septem cui adstant candelabra aurea.

Stans[8] ante (tronum)[9] nitet mare uitreum,
bis bini fores†[10] idem† animalia,
homo per genus, leo uoce prestrepet,[11]
iubencus ore promet[12] sacerdotium,
petens ad astra more uolans aquile.

Sedentes circum quater seni primates,
amicti cuncti niueis cicladibus
et laureati diademis aureis,
aureas uehunt fialas aromatum,
aureis psallunt modulis et citharis.

Quatuor[13] formis senis alis singulis,
ante et retro cuncta plena oculis,
uigilent[14] semper dormiendi nescii,
uicissim, sanctus ter, clamantes /iugiter, [col. 2.
ille qui erat, est et qui uenturus est.

[1] For the order of the strophae in the MSS. see Blume. I prefer the text order of 1–5 to his (1, 2, 4, 3, 5).

[2] Blume takes *iaspis* as gen. and would read *sardini lapidis* ; the elided *yaspidi* of Lor. is apparently inadmissible.

[3] read or pronounce *ismaragdum*.

[4] Is the double acc. possible?

[5] *et* Lor. and Blume.

[6] *prodeunt* Lor. gloss *exeunt*.

[7] pronounce *estellae*.

[8] Stans ante]. The next three strophae are arranged 8, 6, 7 by Blume, 7, 6, 8 by Lor. I prefer the latter.

[9] tronum] interlined.

[10] *fortes idem* Lor. *fores item* Blume ; read *foris sedem*? gloss *iiii ianuas*.

[11] *perstrepit* Lor ; *praestrepens*?

[12] *promit* Lor., perh. *promens* ; Blume defends the text.

[13] Quatuor] I despair of certainty, but perh. *bini*, *nescii* agree with the sense of *animalia*.

[14] *uigiles* Lor., *uigilant*?

Gloria patri, laus, benedictio
agno sedenti supra tronum ; in celis
cum patre regnat et cum sancto spiritu,
conexa simul trinus†[1] una deitas
per infinita seculorum secula . amen.

VERSVS. Hic est dies.

HYMNVS SANCTORVM DECEM ET OCTO MARTIRVM CESARAGVSTANORVM.

Bis nobe†[2] noster populus sub uno
martirum serbat cineres sepulcro ;
Cesaragustam uocitemus[3] urbem
res cui tanta est.

Plena magnorum domus angelorum
non timet mundi fragilem[4] ruinam
toth sinu gestans simul offerenda
munera Christo.

Quum deus dextram quatiens coruscam
nube subnixus ueniet rubente,
gentibus/...[5]

* * * *

[HYMNVS IN DIEM SS. ADRIANI ET NATALIE].

.../semper obtat[6] ilico, [f. 135.
hincque uacis inligatur,
hincque rursus truditur.

Uxor hunc uisura surgens
percitis congressibus
carceres adit remotos,
castra cernit martirum,
obsculat uincla beati,
fert uiro constantiam.

Suadit[7] utpote palestre
uim sacri certaminis ;
suadit hinc promissa cęli ;
suadit et plus perpetim,†[8]
uoce, uoto, impetrato,[9]
muneris instantia.

Liber huius euocatu
uinculis carnalibus
ceditur, exinteratur,
nexibus distenditur,
et pedum conpage truncus
corpore[10] dissolbitur.

Cara huius in supremis
mota coniux oculis†[11]
surge dicit, pone dextram,

[1] *tribus* Lor.
[2] *nouem* Dressel.
[3] *uocitamus* Dressel.
[4] *fragilis* Dressel.
[5] after f. 134 four (?) folios lost. What follows the lacuna is the hymn beginning *Jerusalem gloriosa* (Migne, lxxxvi. col. 1123).
[6] *se peroptat* Blume.
[7] *suadet* Blume (so below), but as he suggests in his note the form is perh. to be retained.
[8] read *perpeti ;* gloss *sustinere.*
[9] *et imperato* Blume.
[10] *corporis* Blume.
[11] *osculis* Lor.

quam recisam coniugi
des mici pignus amoris,
de†[1] stipem dulcedinis.

/His[2] manum libens te- [col. 2.
tendit,
quam recisit carnifex,
nec mora, mox inter ipsa
enecatus uulnera
coniugem dote secunda
sanguinis hereditat.

Que sacri laboris usum
prorogans certantibus
quicquid his penale substat,
molle, tritum, deuile,
premonet, iubet, fobetque
prouocatrix glorie.

Cerneres uirile robur
ferbidis conatibus
artubus fessis mederi,
conligare uulnerum
inditis plagas fomentis
uel medullis†[3] congruis.

Serbiens manu uel ore
martirum discrimini
fert eis consulta pacis,
fert cibum solaminis ;
obsequens effecta cunctis
plectitur in singulis.

Que tamen, uiri[4] corona
post triumphum reddita,
dum suum corpus piorum
inlinit cruoribus,
/nil minus prefert ab [f. 135. *b*.
illis,
in quibus hec uicerit.

O sacrum uere honestum
uinculum conubii,
O nobos cursus laboris[5]
iunctionis unice :
ambo currunt, ambo uincunt,
est utrisque gloria.

Hec tua, custos superne,
munerum diuersitas
pertraat senes[6] ad illam
laureandos patriam,
qua tibi laudes beati
post agones insonant.

Clarus ille hic coruscans
Micahel arcangelus
utpote[7] deus patrandis
eminens uirtutibus
det[8] locum nomen uigoris,
det faborem muneris.

Huius ergo inpetratu
uel tuorum martirum
ferto nobis hanc medellam,
qua reatum diluas,
criminum nodos resolbe,
da frumentum[9] gratie.

Quo tremenda iudicantis[10]
quum dies inluxerit,
festa /quorum predicamus,
misceamur gaudiis, [col. 2.
et quibus non est corona,
sit fides ad gloriam.

Laus tibi per omne tempus,
trinitas indifferens,
laus, honor uirtusque summa,
singularis gloria,
que[11] deum cucta† fatentur
seculorum secula . amen.

VERSVS. Pretiosa in conspectu domini.

[1] *des* Lor. and Blume.
[2] His] at the top of this column an erased line, *sic* Blume.
[3] *medelis* Lor.
[4] *uiro* Blume, unnecessarily.
[5] not as Blume reads *laborum*.
[6] senes] *segnes* Blume ; gloss *dissimiles* ; *pertraas*, *signes* Lor.
[7] *ut potens* Blume.
[8] det locum] *Dat locum...de favore* Lor. ; *noui uigoris* Blume.
[9] frumentum] *fomentum* Lor.
[10] *iudicandis* Blume.
[11] perh. *quem...cuncta* ; *Quae deum te saeculorum personet in saecula* Blume.

HYMNVS IN DIEM SANCTI IOHANN(Y)S[1] BABTISTE.

* Almi profete progenies pia,
clarus parente,[2] nobilior patre,
quem matris albus claudere nescius[3]
ortus senilis[4] prodidit indicem,

Quum[5] uirginalis regia gloria[6]
summi tonantis nomine pigneris
gestaret aule nouilis intimo,
claustro pudoris fertilis integro.

Vox suscitauit missa puerpera[7]
fouitque uatis gaudia parbuli,
matres profeta(n)t[8] munera /pigneris, [f. 136.
mutus locutus nomine filii est.

Scriuendus hic est, uocis ut au(g)eat[9]
nostre canorem, duraque uincula
dissolbat oris largo†[10] profetici
uerborum abens†[11] literam† nominis.

(V)ox[12] namque uerbi, uox sapientie est,
maior profetis et minor angelis,
qui preparauit corda fidelium
strauitque rectas iustitie uias,

Adsertor equi non ope regia
nec morte d(i)ra[13] li( )quere[14] tramitem
ueri cohactus, non licet, ayt, tibi
uxorem habere fratris adulteram.

(S)i( )c[15] ira regis seuaque funera
saltationis munere uendita,
mensas tiranni et uirginis ebri(ę)[16]
luxu( ) repleuit sanguine sobrio.

H(i)c[17] ui(c)tricus[18] dat dona uesanior
quam si ueneni pocula tradere ;†[19]
negare prestat quam dare /ui(c)trico,[20] [col. 2.
odisse prestat,[21] plus nocet hic amor.

[1] *E* altered to *Y*. [2] insert *et* Blume. [3] i.e. *nescia*.
[4] *erilis* Blume. [5] *Quem* Lor. [6] *gloriam* Blume.
[7] *puerperae* Blume. [8] prophetant] *n* erased ; *munere pignorum* Blume.
[9] augeat] *g* altered to *d*, i.e. *audiat*. [10] *larga* Blume.
[11] *habenis litera* Blume. [12] Vox] *V* altered to *M*.
[13] dira] *i* altered to *u*. [14] linquere] letter erased. [15] Sic] originally *Hinc*.
[16] ebrię luxu] erasures ; *ebrios luxus* Lor., *ebriae luxus* Blume.
[17] Hic] *i* altered to *e*. [18] uitricus] *c* interlined ; gloss *secundus maritus*.
[19] *traderet* Lor. [20] *c* interlined. [21] The second *praestat* is suspicious.

Gloria patri eterno domino,
gloria Christo regi perpetuo,
qui dominatur cum sancto spiritu,
et regnum eius per omne seculum. amen.*

VERSVS. Iustum deduxit dominus per uiam rectam.

ITEM ALIVS EIVSDEM FESTIVITATIS.

*Puer hic sonat Iohannes,
geniti dei alumnus,
domini potens amicus,
rutilis lucerna orbis,
rutilo peracto sole.

Sapientie loque( )le[1]
deitatis abtus index,
uetule refusus aluo,
uteri senilis ortus,
patrio decore clarus.

Precibus (fabe)[2] rogamus,
pietas redundet alma,
miseris adesto nobis,
repleat salus labentes,
facinus remitte cunctis.

Patriam regat modestas,[3]
acies recedat, ensis [f. 136.*b.*
perimens ruat /peremtus,
gladius†[4] retundet†[5] ignis,
iugulus[6] reclinet hostis.

Sit honor deo et unigenito[7] ab ore patris,
sit paraclito[8] perenni
similis, tenax potestas
et apex onoris alti. amen.*

VERSVS. Potens in terra.

HYMNVS IN DIEM SANCTORVM PETRI ET PAVLI.

Apostolorum passio
diem sacrabit seculi
Petri triumphum nobile,†[9]
Pauli coronam preferens.

Coniunxit equales uiros
cruor triumphal(is)[10] necis,
deum secuti†[11] presulem
Christi coronauit fides.

Primus Petrus apostolus ;
nec Paulus inpar gratie,†[12]
electionis uas sacre,
Petri adequauit[13] fides.

Verso crucis uestigio
Simon honorem dans deo
suspensus ascendit datim†[14]
non inmemor oraculis.†

/Precinctus, ut dictum [col. 2.
est, senes†[15]
elebatus ab altero
quo nollet ibit, sed uolens
mortem subegit asperam.

Hinc Rome† celsus†[16] uerticem
deuotionis extulit,
fundata tali sanguine,
et uate tanti†[17] nobilis.

[1] *Sapientia loquelae* Lor. ; *sapientiae loquela* Blume. [2] faue] interlined.
[3] *modestus* Blume. [4] *prementem gladium* Lor., perhaps *gladios.*
[5] *retundat* Lor. and Blume. [6] *iugulum* Blume.
[7] *ter uni, genito* Blume. [8] *paracleto sit* Blume, very unnecessarily.
[9] *nobilem* Lor. [10] triumphalis] *is* on erasure.
[11] *secutos* Lor. ; gloss *sequentes.* [12] *gratia* Dreves (Anal. H. ii. p. 55).
[13] *adaequatur* Dreves ; perh. *adaequauit fidem.* [14] *dati...oraculi* Lor.
[15] *senex* Lor. [16] *Roma celsum* Dreves. [17] *tanto* Dreves.

Tanta per urbis ambitu†[1]
stipata tentunt†[2] agmina,
trinis celebratur diis[3]
festum sacrorum[4] martirum.

Prodire quis mundum putet,
concurrere plebem poli,[5]
electa gentium capud
(fides)[6] magistra gentium.

Deo patri.

VERSVS. In omnem terram exiuit sonus eorum.

HYMNVS IN DIEM SANCTI CHRISTOFORI.

O beate mundi auctor atque rerum conditor,
qui non es acceptor omnis persone nec munerum,
sed in his qui te requirunt ades clementissimus.

Qui beatum Christoforum celi cibem[7]/...

* * * *

[HYMNVS IN DIEM SS. IVSTAE ET RVFINAE].

.../celso[8] ualeant sidere inlaui. [f. 137.

Ob hoc, uita, salus et uia, ueritas,
to summis precibus, Christe rex, poscimus
harum suffragio nos tibi consecres,
quarum tu fidei uoce placatus es.

Mentis nos facito lampade uirgines,
fluxu corporeo effice liberos,
ut uotis rigidis corda calentia
gestantes habeant regna perennia.

Te nostra iubilet gloria perpetim,
qui solus dominus trinus et unus es
iugi inperio secula continens
et cuncta dominans, omnibus inperans. amen.

VERSVS. Letetur.

HYMNVS DE PRIMITIIS AD VESPERVM.

Inclito[9] regi polorum deferentes deuitum
puro corde plebs alumna personemus canticum,
nostrum ut ipse placatus diluat piaculum.

[1] *Tantae per orbis ambitum* Dreves. [2] *tendunt* Lor.
[3] diis] i.e. *diebus*, doubtless right; *viis* Lor. Dreves.
[4] *sanctorum* Dreves. [5] poli] gloss *ciuitatis*.
[6] fides ?] partly erased; Dreves' MS. has *sedet*, for which he reads *sedes*, and *magistri*.
[7] after f. 136 one (?) leaf missing.
[8] hymn beg. *Assunt punicea [illegible] uirginum*, Blume, p. 212.
[9] Inclito] Acrostic *Immus primytiarum*; this and the next hymn are without glosses.

Munus en primitiarum annuo recursio,
ipse ut rite precepit olim prisco /populo, [col. 2.
offerentes dedicemus iubilantes domino.

Noxa ut procul detersa conferantur commoda,
fructum arbe iam inlatum sacra Christi dextera
tueatur, ut repulsa cuncta sint per[icula].[1]

Vlcus eminus remotum, aeris incomodum,
perimens grando pellatur turbine cum nubium ;
matura queque fruatur omnis turba hominum.

Sobrie iuste pieque uibentes in seculo
sacra uirtute sufful[ti] seruientes domino
conlocari mereamur regno in ethereo,

Polorum ciues effecti hic ablutis sordibus
potituri claritatem in supernis sedibus,
dulce resonantes carmen domini in laudibus,

Rutilat ubi coruscum lumen pulso nubilo,
(turme)[2] fulgide sanctorum conletentur domino
candida ueste togati /in coro angelico. [f. 137.*b*.

Ipse nobis sic instante†[3] inpendat remedium,
ut celeste potiamur infinitum gaudium,
eternumque euadentes ereui supplicium.

Mundialis cura procul ! auferatque omnia
ingerens uite cęlestis alma desideria,
ut illuc corde directo deseramus terrea,

Yura conserbantes clara legalis[4] dominica,
offerentes inlibata puritatis hostia,[5]
ut per hęc possideamus uitam sine macula.

Tus oblatum regi almo refraglet ambroseo
odore Christo eterno sacro in altario,
mistica simul ingecta[6] karitatis unctio.

Ipsum nunc omnes rogemus, celitus ut prebeat
gratum a nobis oblatum quod ipse suscipiat
munus, per quod /in eternum regnum nobis [col. 2.
augeat.

Abluat nostrorum omne delictorum facinus.
purget et pius in nobis, prabe quod deliquimus,
premium eternitatis tribuat propitius.

[1] pericula] the margin of this folio has been cut off.
[2] turme] interlined.
[3] read *instanter*.
[4] *legales* Blume.
[5] is *hostia* neut. pl. ?
[6] *i.e.* iniecta.

Rura florida uiborum decore uernantia
absque termino fruentes cum diuina gratia
liberi ingrediamur in eterna patria.

Uni domino conexi Iherusalem inclita
susceptos in se retentet in sanctorum agmina,
regnum adepti simulque celi habitacula.

Manenti sit laus patri, honor atque gloria,
inclito unatim proli infinita gratia,
spiritu simul cum almo per eterna secula. amen.

HYMNVS IN DIEM SANCTI BARTOLOMEI APOSTOLI.

Exaudi[1] Christe nos patris potens pie
celso de†[2] semper obsecramus /inclite, [f. 138.
celso[3] qui solus es deique filius,
est qui et†[4] dilectus ecce matris unicus,
ymnum perfectum et caterba[5] dicimus

Multis cum sepe dulcibusque uocibus ;
necnon nunc[6] ergo mitigando consimus†[7]
uerbis et corde personemus inclitum,
seruis cum ire, Spanie fidelibus,
bis laudet chorus ergo recte filius.†[8]

A Christo missus ecce namque apostolus
regni regnante et deum patrem inclitum[9]
tergens perrexit Indiam potissimam[10] ;
hinc cepit fortis exibere gloriam
omni cum cordis inclita potentia.

Liquens[11] peccata Indie superflua
o quam laudandas[12] ad dei clementia[13]
magnumque facit semper alme filium.
est quicquam†[14] uerus ? ecce uerus et[15] deus,
in celis namque lucet luce sepius

[1] Exaudi] Acrostic *Ecce ymnus Bartholomei apostoli quem fecit Leo Melfitanus.* Melfitanus is of Amalfi, not Molfetta in Apulia.

[2] *celse te* Blume ; Mr. Bannister suggests that the words *de celso* are inverted for purely acrostic reasons.

[3] *celsus* Blume.

[4] est qui et] *es qui* Blume.

[5] caterba] *canorum* Blume.

[6] perh. *hunc.*

[7] *consonis* Blume.

[8] *filium* Blume, but probably there is further corruption. Most of this hymn seems almost hopeless without further evidence.

[9] *deo patre inclitus* Blume.

[10] *potissimum* Blume.

[11] *Linquens p. India* Blume.

[12] *laudandus* Blume ; perh. *laudanda.*

[13] *clementiam* Blume.

[14] *quisquam* Blume.

[15] et] *est* Blume.

Augens fulgensque famulis potentia,
possint[1] ut recte /semper unda†[2] gloria [col. 2.
hostendi magnam[3] et altitona in ethera
seu terris nempe terrulisque fortia.[4]
ter nunc quaterque sit deo uegloria.†[5]

O Christi sancte Bartolomee qui Indiam
lucis de luce per dei potentiam
in regno, pastor, esse magne†[6] filiam,
quum predicasses ecce celsa ad ethera,
uerbis fecisti iam holim inusque secula.

Ergo qui infirmus†[7] aduenit poposcere
mestis†[8] uinclis† uel ipse tunc uel espite†[9]
fulgens sanabat[10] ymmo sancto obtime
et conlocabit[11] insuper perenniter
cum sanctis rite Bartolomeus hic bene.

Iudex sed fortis et pius[12] piissimus,
talem quam[13] rite et est habere apostolum
legis doctorem, in omnibus potissimus,
et sanctum[14] sanctus et pius[15] piissimus,
hostemque†[16] uincat atque hic apostolus.

Mercatur†[17] magne sancte seu apostole
exaudi nostra sepia /preconia, [f. 138.*b*.
liquens peccata nostra uel facinora
furbam[18] serpentem et inuidam tonissimam†[19]
iudex subuerte tergate†[20] ter sulfura.

Trino sit magna semper ergo gloria
a cunctis namque filiis perennia†[21]
et nunc et per secla seclorum in omnia
unito namque sit deo piissima,
semper qui et sepe regnat ipse gloria.

VERSVS. In memoria.

[1] *possit* Blume, unnecessarily?
[2] *inde* Blume.
[3] *magna* Blume; spell *ostendi* for the acrostic.
[4] perh. the Italian *forza*, *v.* Poetae Aev. Carol. (Mon. Germ.) iii. 797.
[5] *deoue gloria* Blume. The words are markedly divided in the MS. but intensive *ve* can hardly be thought of.
[6] *magni* Blume.
[7] *infirmos* Blume; perh. *infirmis aduenisue poscere*, but I despair of this strophe.
[8] *maestos uinctosue* Blume.
[9] *sospites* Blume.
[10] *sanabat, immo sanctus* Blume.
[11] *collocabat* Blume.
[12] *piis* Blume.
[13] *talis quem* Blume, unnecessarily?
[14] *sanctis* Blume.
[15] *piis* Blume.
[16] spell *Ostemque* for the acrostic.
[17] *mercatus* Blume, *mercator*?
[18] *furuum* Blume.
[19] *inuidum, comissime* Blume.
[20] *tegatur ter sulfure* Blume; perh. *terge et inter*.
[21] perennia et] read *perenniter*.

HYMNVS IN DIEM SANCTI CVCVFATI.

Barc(h)inon[1] lęt(o) Cucufa(ti)[2] uernans,
corporis sancti tumulum honorans
et locum sacri uenerans sepulcri
sparge ligustris.

Munus hoc clarum tibi Scillitana
ciuitas misit, dedit et beatum
quando Felicem populis Iherunde
sorte colendum.

Hii sequestrato tumuli honore
proprias sedes adeunt tuendas,
Barcinone hic /cęlebratur aula, [col. 2.
ille Iherunda.

Hinc cruor huius Cucufatis almi
factus est nostre regionis heres,
inde hic nobis sua membra ponens
uibere prestat.

Hic fide plenus redamando Christum
lucis infestum patitur tirannum,
moxque bisseno teritur beandus
milite tortus.

Cede percussus nimia furentis
uiscera fudit quasi perditura,[3]
que reformata recipit in aluum
sanus ad oram.

Missus in flammis precibus minacem
ignis admoti perimit uigorem,
nequid audere[4] nimis in beato
corpore flamma.

Cratis[5] ignite facibus cremari
iussus ardoris nutrimenta gliscunt,[6]
sed nicil Christi famulo nocetur
suppliciorum.

Sustinet posthinc pius ille cardos[7]
ferreos in se ferientis hictus[8],
sicque decisi capitis in ethera[9]
spiritus efflat.

[1] Barcinon] *h* interlined.
[2] altered from *laete Cucufate.*
[3] *peritura* Lor.
[4] *auderet* Blume, probably rightly.
[5] Cratis] gloss *sartaginis.*
[6] gliscunt] gloss *crescunt.*
[7] cardos] gloss *sumizos idest punctos ferreos.*
[8] *ictum* Blume.
[9] spell *aethra.*

/Iam fabe martir precibus clientum, [f. 139
instrue[1] ciuem, populum tuere,
et sacerdotum pia corde†[2] mulce
pacis amore.

Crimine demto anima[3] uirescat,
pane cęlesti satiemur omnes,
carnis elapse uitiata membra
spiritus ornet.

Non ruinoso perimamur hactu
non ciuis corpus uitiisque pressum,
non in occultis anim(u)s[4] cremetur
igne malorum.

Vt pie[5] tecum Cucufas beate
regna celorum meritis tenentes,[6]
det deo nostro resonans placentem
lingua canorem,

Gloria[7] patri celebrans sonora,[7]
gloria[7] nato recinens perenni,
cum quibus sanctus sociatus extat
spiritus unus. amen.

[VERSVS.] Iustum deduxit.

HYMNVS IN DIEM SANCTI FELICIS IHERVNDA.

Fons deus uite perennis,
lux origo luminis,
/aspice pleuem canen- [col. 2.
tem
festa summi martiris ;
excipe uota precantum,
summe[8] laudum carmina.

En tui Felicis almi
pangimus insignia ;
tu resolue uincla lingue,
dans sonora cantica,
ut tua rite queamus
promere magnalia.

Iste namque Cesaree
urbe Mauretanie
mundialis discipline
dum studeret litteris,
artium fumosa[9] uabra[10]
te sequendo deserit.

Audiens plecti fideles
mox Iherunda†[11] peruenit ;
presidis iussu retentus
truditur in carcerem ;
ferreis bacis honustum
conloquuntur angeli.

[1] *instrue et* Blume. [2] read *corda*. [3] *animus* Blume.
[4] animis] *i* altered to *u*. [5] *pia* 30845.
[6] perh. *tenente*, but the nom. pendens is quite possible.
[7] *gloriam* . . . *honore*, *gloriam* Blume unnecessarily.
[8] i.e. *sume*. [9] fumosa] gloss *superba* ; *famosa* Bivar.
[10] uabra] gloss *fallacia* ; *uerba* Bivar, *fabra* Lor. [11] *Iherundam* Lor.

Sistitur arc cruentis
ut litaret hydolis ;
respuit infame factum
uoce Christum profitens ;
prestrepit[1] turba bisulcis
ossa nudans ungulis.

Nempe mulis alligatus
dissipatur artubus,
fluctibus /pressis†[2] [f. 139.*b*.
marinis
unda turgens subditur ;
angelis inmixtus almis
ora pandit cantibus.

Omnia tormenta forti
precucurrit pectore,
postque penas et catenas,
ungulas ac uerbera
carnea claustra relinquens
migrat ad cęlestia.

O nimis Iherunda felix,
o beata ciuitas,
nil malorum tu pabescis
freta tanto martire ;
postulata promeretur
quisquis huc confluxerit.

Hic dei uirtute pressi
lacinantur demones,
uerberantur, uinciuntur
et cremantur acriter,
atque[3] fumus et fabilla
nil uigoris obtinent.

Hic salus obtata fessis
sed e celis profuit,[4]
uisio ceca[5] patescit.
lingua mutis aduenit,
surdus aures hic receptat
atque clodos†[6] exilit.

Inde cuncti te precamur,
una summa trinitas,
/martiris ut inpetratu [col. 2.
nostra tollas crimina,
noxia cuncta repellas
et secunda prebeas.

Clerus hic uita nitescat
et sacerdos floreat ;
plebs fidelis quod requirit
inpetrasse sentiat ;
omnis etas atque sexus
hoc patrono gaudeat.

Gloria patri natoque
semper et paraclito,
laus potestas atque uirtus,
gratiarum copia,
que[7] deum cuncta fatentur
seculorum secula. amen.

VERSVS. Iustum deduxit dominus.

HYMNVS IN DIEM SANCTORVM IVSTI ET PASTORIS.

O dei perenne uerbum
patris ore proditum
organumque[8] inbecille
ammobens[8] infantium,
dans eis spirare flatum
/uocis ut promant sonum, [f.140.

Tu pius adesto nobis,
solue fibras gutturis,
ora instrue loquellis,
corda reple lacrimis,
ut sacrorum festa dignis
precinamus canticis.

[1] *perstrepit* Lor. and Blume.
[2] *presso* Lor.
[3] *utque* 30845, Blume.
[4] *sede caeli profluit* Blume, *profluit* 30845.
[5] *caecis* Lor. and Blume.
[6] *claudus* Lor. and Blume.
[7] *quem* Blume.
[8] *qui...admoues* Lor. and Blume, *admobes* 30845.

Ecce Iustus, ecce Pastor,
ambo iuncti sanguine,
quos pia fraternitatis
uinxerat germanitas,
iunxit equalis sacrate
passionis unitas.

Hii tamen scolis retenti
dum struuntur[1] litteris,
audientes quod tirannus
intrat urbem persequens,
ilico scolam relinquunt
et tabellas abnuunt.

Appetunt cursu deinde
presidis presentiam
et crucem Christi sequendo
corpus armant debile,
quo triumphos passionis
expedirent fortiter.

Hoc repente Datiano
nuntiantes inquiunt,
ecce aduenire /Christum [col. 2.
profitentes paruuli,
mortis ultro passionis[2]
atque cedes perpeti.

Turbidus adst inde preses
concitans sententiam
ad suos truces ministros
ut tenantur[3] clamitat
fustibus iubens tenella
dissipari corpora.

Tunc sacrata uoces esse†[4]
alloquuntur inuicem,
temnerent ut temporales
rite penas corporis,
quo futurum possiderent
gaudium cum angelis.

Audiens mox Datianus
martirum constantiam
excitatus in furore
dictat hanc sententiam,
ut peremti ambo fratres
morte dira intercidant.

Protinus eos furentes
pertrahunt satellites
ad locum campi patentem
quem ferunt Laudabilem ;
ense illic uerberantur,
laureantur sanguine.

/O locum uere beatum [f.140.*b*.
quo cruor reconditur
sanctus ille paruulorum
ad salutem pleuium,
quoue multa sanitatum
signa egris effluunt.

Nempe hic diuina uirtus
uicit[5] iras demonum,
curat ulcus, membra sanat
et dolores temperat,
uota cunctorum receptat
et ruentes subleuat.

Iam tuorum passione
freta gaude ciuitas
iure Conplutensis, almo
quo laueris sanguine,
et gemellis mox camenas
redde uoto deuitas.

Hinc deus te postulamus
ut precantes audias,
pelle moruos, solue uincla
et relaxa crimina,
atque[6] inlesi futuram
adpetamus patriam.

Nominis tui amorem
da tuis in seruulis,
temporale nil amemus,
diligamus inuicem,
te sequamur, te canamus,
te fruamur perpetim. [col. 2.

/VERSVS. Ex ore infantium.

[1] *instruuntur* Lor. *seruntur* Blume.
[2] *passiones* Lor.
[3] *teneantur* Lor. and Blume.
[4] i.e. *uoce sese.*
[5] *uincit* Blume.
[6] *utque* 30845, Blume.

HYMNVS IN DIEM SANCTI LAVRENTI.

En martiris Laurentii
armata pugnauit fides,
postquam uapor diutinus
decoxit exustum latus.

Fore hoc sacerdos dixerat
iam Sixtus adfixus cruci
Laurentium flentem uidens
crucis sub ipso stipite ;

Desiste discessu meo
fletum dolenter fundere ;
precedo, frater, tu quoque
post hoc sequeris triduo.

Extrema uox episcopi
prenuntiatrix glorie
nicil fefellit, iam dies
predictam[1] palmam prestitit.

Hinc sancte Laurenti tuam
nos passionem querimus,
quod quisque supplex postulat
cunctis fabendo preroga.

Deo patri sit gloria

VERSVS. Iustorum anime.

HYMNVS IN DIEM SANCTI YPOLITI DVCIS.

/Adsunt o populi festa celebria, [f. 141.
que felix reuehit temporis orbita
in sese rediens axe uolubili ;
laudem sidereo reddite principi.

Hinc[2] namque Ypolitus tempore terrea
despectans niuea scandit ad ethera,
quum soluens animam corpore uiuidam
cęlestem meruit sumere lauream.

Dum dux belligeris†[3] esset hic agminis,
iussis Cesareis carcere martirem
seruandum recipit, qui cruce preuia
dat cecis oculis perdita lumina.

Cernens Hypolitus signa fabentia
mox Christo domino credit et inpia
spernens demonici dogmatis hydola
iunctus Cristicolis uocibus increpat.

Tunc Cesar rabido ferbidus impetu
os sanctum lapide scindere precipit ;
longe dissiliunt /fragmina dentium, [col. 2.
sed uox ingeniti predicat unicum.

Ferro precalidis ignibus artifex
format spiniferi spicula cardui,
quo rupta penitus uiscera martiris
profundunt rosei flumina sanguinis.

[1] *praedicta* Lor. [2] *Hoc* Blume. [3] *belligerus* Lor. ; *belligeri* Blume.

Hinc ad cornipedum terga ferocium
innexum religant; tractus in aspera
uitalem subito inquid†[1] anelitum
dirumque[2] ualuit uincere seculum.

Ob hoc suppliciter, rex deus omnium,
rogantes petimus ut martir[3] inclitus
adsistat miseris fauctor et impetret
confessis ueniam corde piaculis.

Sit uita locuplex frugibus affluis,[4]
rerum prosperitas congrua polleat,
bellum dispereat, pax bona profluat,
uirtutes uigeant, crimina transeant.

Sit patri ingenito gloria maxima,
sit conpar genito /sitque[5] paraclito, [f. 141.*b*.
unus qui retinet sceptra perenniter
uincens[6] perpetuis tempora seculi.†[7] amen.

HYMNVS IN DIEM SACRATIONIS SANCTI MARTINI.

Martinus[8] magnus pontifex
apostolorum socius
donante deo presule
uirtutes multas pertulit.[9]

Sub Iuliano Cesare
militans in pretorio
opem ferebat miseris,
uestitum nudis prebuit.

Qui†[10] in etate paruula
diuinus adit spiritus,
ut execraret hydola,
celestem deum coleret.

Quum se sopori dedisset
Christum uidere meruit
uestitum parte clamidis,
quam pauperi donauerat.

Quum esset annorum duodecim†[11]
sic concupiuit heremum
desiderans infantia,
quod post deuotos[12] inpleuit.

Ihesus uoce ueridica
coram /angelis pronuntiat: [col. 2.
Martinus cathecuminus
ac[13] ueste me operuit.

[1] *linquit* Blume; gloss *delinquid*.
[2] *dirum quo* Blume.
[3] *martyr ut* Blume.
[4] *affluens* Blume.
[5] *atque* Blume.
[6] *uiuens* Lor.
[7] *saeculis* Lor.
[8] Martinus] No glosses to this hymn.
[9] *protulit* Blume.
[10] *Cui* Blume in note, *Quem* in text.
[11] *decem* Blume, regarding the text as a pedant's correction.
[12] i.e. *deuotus*.
[13] i.e. *hac*.

Post paucum uero temporis
renuntians militie
babti(s)mum[1] consequutus est,
et Christi milex factus est.

Cum†[2] mercedem dominus
pro paucis reddet[3] plurima ;
episcopatum accepit[4]
nolentes multos inuidos.

Ab obsessis corporibus
pellet[5] inmundos spiritus,
resuscitauit mortuos,
infirmos multos curauit.

Hoc testis ille not(uit)[6]
qui ei ministrauerat,
quod angelicis fabulis
futura nuntiauerit.[7]

Deo patri.

[VERSVS.] Confessionem et decorem.

HYMNVS SANCTE MARIE IN ADSVMTIONE.

Aue[8] maris stella,
dei mater alma
atque semper uirgo,
felix celi porta.

/Sumens illud aue [f. 142.
Gabrielis ore
funda nos in pace
mutans Eue nomen.

Solue uincla reis,
profer lumen cecis,
mala nostra pelle,
bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
sumat per te precem
qui pro nobis natus
tulit esse tuus.

Virgo singularis
inter omnes mitis,
nos culpis solutos
mittes fac et castos.

Vitam presta puram,
iter para tutum,
ut uidentes Ihesum
semper conletemur.

Sit laus deo patri,
sumum Cristo decus,
spiritui sancto,
tribus honor unus. amen.

[VERSVS.] Speciem et pulcri.

ITEM ALIA† YMNVS.

* En[9] pater glorie rutilum[10] gaudiis
cunctis inclaruit orbe fidelium
festa celebria matris altissimi,[11]
quo felix uehitur /regna perennia. [col. 2.

[1] baptismum] *s* interlined. [2] *cui* Blume.
[3] *reddit plurimam* Blume.
[4] perh. *accipit*. The acc. absolute is noteworthy.
[5] *pellit* Blume. [6] notuit] erasure (*notauit* ?)
[7] So the MS. not, as Blume prints, *nuntiauerat*.
[8] Aue] neums throughout, no glosses. [9] En] neums, no glosses.
[10] rutilum] adverbial? inclaruit] neut. pl. with singular verb?
[11] so MS. not as Blume *altissimae*, but probably the fem. is right.

Hec uirgo genetrix uerbo altissimi
talamum regio†[1] prolis perpetui
adsistens regie dextere unici
amictum†[2] renitens[3] regina aurei.

Hec ante secula electa genetrix
Maria nobilis uirginum floscula
gerens uirgineo lumen altissimi
albo sanctissimo deumque hominem.

Celestis nuntius Gabriel angelus
affatur uirgini conceptum filii,
enixa omnium uita†[4] credentium,
mater puerpera, uirgo perpetua.

Patrata omnia uatum oracula
priorum principum, Micael mittitur
adsumens uirginem corum†[5] angelico
gestansque glorie trono prefulgido.

Tunc†[6] uirgo uirginum adepta glorie
sede luciflua oratu petimus
te summis precibus, respice seruulos
deflentes /crimina queque orrentia. [f. 142.*b.*

Oramus domina iam plena gratia
tua ut dominus preces†[7] sanctissima
gementes lacrimas atque suspiria[8]
ignoscant†[9] omnibus dira facinora.

Per te altissimi regis auxilium
cuncti exposcimus fidentes famuli ;
detur uirginibus plena perfectio
et continentibus gratia auctior.

Largire mentibus nostris omnipotens
inlapsu spiritu†[10] uite munditia[11]
pellens†[12] nefario luxu corporeo
tuoque nomini†[13] dignos efficito.

Sit tibi gloria semper cum genito,
sitque paraclito una potentia ;
sit tuis seruulis proflua gratia,
pater omnipotens, cuncta per secula. amen.*

VERSVS. Ante solem per.

[1] *regium* Blume.
[2] *amictus* Blume.
[3] *renidens* Blume.
[4] *uitam* Blume.
[5] *choro* 30845 and Blume.
[6] *Nunc* 30845 and Blume.
[7] *prece* 30845 and Blume.
[8] possibly *gementes...suspiria* should be transposed before *tua*, as Blume, or *gementes* may be acc. abs.
[9] *ignoscat* Blume.
[10] *spiritus*? or *inlapso*? Blume.
[11] *munditiam* Blume but perh. neut. pl.
[12] *pulso* Blume.
[13] *nomine* 30845.

HYMNVS IN DIEM SANCTI GENESI.

O rerum domine conditor omnium
plectrum[1] continuo gutturis ammobe
certamen tribuens pandere (nabiter)[2]
(adleta†[3]) tui incliti.

/Gliscit[4] nam nimium pectoris intimum [col. 2.
mallens belligeri promere militis
actus conspicuos gestaque fortia
et dona tua obtima.

Genesius igitur ille iubenculus,
ciues[5] eximius Arlatis oppidi,
ętatis peragens floscula primule,
iniuncto paret ordini.

Exceptor itaque dumque nitesceret
hac[6] iussa tabulis publica scriberet,
afflatus subito munere cęlico
quo uota cumulat†[7] pia,

Extimplo officium abnuit inpium,
et ceris rennuit inprimere manum,
cęlestis cupiens effici acola[8]
uita uotisque[9] moribus.

Post euangelicus sermo ut intonat,
diuersas†[10] latebras per loca appetens
sese occulere cepit in abditis
orrore nimis territus.†[11]

Quem querens ualide turba satellitum
nec hunc ut cuperat /repperit uspiam, [f. 143.
uastis tum reuoans rictibus arbiter :
ferrum sumite clamitat.

Festinis propere pergite gressibus
inuentum refugam plectite percite,
qui nostra monita temnere ausus est
nec sacros deos incolit.

Quod fama referent†[12] martiris auribus,
ablutum neque se nosceret equore,
feruenti Rodanum spiritu appetit
quo sorde queat ablui.

[1] plectrum] gloss *percussorium cithare et lire.*
[2] nauiter] on erasure.
[3] athletae] on erasure.
[4] Gliscit] gloss *crescit uel ardescit siue cupit.*
[5] i.e. *ciuis.*
[6] i.e. *ac.*
[7] *cumulet* 30845.
[8] accola] gloss *abitator.*
[9] *uoceque* or, as Mr. Bannister suggests to me, *bonisque?*
[10] *diuersa* 30845.
[11] *ministerii* Daniel, *cf.* Migne P.L. lxi. 419.
[12] *referens* 30845.

Auro lucidior inde regrediens
reppertus iuguli[1] sternitur impetu,
cęli agminibus ilico iungitur
comptus uertice laurea.

Ob hoc cunctipotens quęsumus affatim
testis quoue tui ipse precantibus†
acceptis†[2] placide uota fidelium
dimittasque piacula,

Ac[3] culpe cumulus funditus subruat,
subcrescat iugiter gratia auctior,
ut sanctis[4] meritis /cęlibes reddita†[5] [col. 2.
abscedat procul ultio.

Sit trino domino gloria sedula,
regnum perpetuum atque potentia,
uirtute solita qui regit omnia
sustentans pie condita . amen.

VERSVS. Os iusti medita.

HYMNVS IN DIEM SANCTI AGVSTINI EPISCOPI.

Lux deus Christe, pietas redundans,
qui tuum uatem herese reductum
rite Agustinum amansque alumnum
efficis auctum.

Huius obtentu dolum hinc remoue,
patriam serua, populos guberna,
omnis lis absit, affluat redem(p)tis[6]
gratia pacis.

Karitas efflet[7] copulans recisos,
sit procul ira, abeat ruina,
cladis[8] abscedat famis[8] atque langor,
noxia queque.

Clerus doctrina rutilet corusca,
pontifex celsam†[9] apicem retentet,
labe abstersa, operibusque almis
post placituri.[10]

[1] iuguli] gloss *occisoris uel gladium.*
[2] *precatibus acceptes* Blume.
[3] *ut* Blume.
[4] *sancti* 30845.
[5] *reddiii* 30845.
[6] redemptis] *p* interlined.
[7] efflet] gloss *emanet.*
[8] i.e. *clades...fames.*
[9] *celsum* Blume.
[10] *placitura* 30845, *plebs placitura* Blume.

/Laus tibi instet iubilo perenni [f. 143.*b*.
trinitas simplex, deitasque una,
cuncta qui condens opifex in ethere
crederis auctor. amen.

VERSVS. In memoria.

HYMNVS IN DIEM SANCTI CIPRIANI.

Vrbis magister Tascie
tu Cipriane pontifex,
fax luminosa et efficax,
uerbo docens et sanguine.

Tu martir et doctor pius,
utroque clarus dogmate,
et stulta uerbis inbuis
et docta exemplis fobes.

Celestis ille spiritus,
qui in prophetis prefuit,
te inrigauit celitus,
impleuit, egit, conpulit.

Hinc fonte claro luminum
mentes fobes fidelium,
artus pererrans inuios,
cibis palatum recreans.

Tu passionis gloriam
questu oblato distrahis
mercede(m)[1] mortem conparans,
quum te feriret carnifex.

Sic sic docens quod uerum est, [col. 2.
/fundis beatum sanguinem,
ditans cruore Africam,
uerbo docens Esperiam,

Tu doctor[2] in terra pius,
tu martir in celestibus,
quod predicasti dogmate,
tac nos tenere per precem.

Deo patri.

VERSVS. Posui adiutorium.

HYMNVS IN DIEM SANCTE EVFIMIE.

Ecce[3] micantia ueluti sidera
nostre Eufimie certatrix[4] trophea
se uolbens aduexit anni rotatile
cursu nobis iam celeri.

Vota cum gaudiis, crimina lacrimis
mixta perpandere[5] nunc omnes quo imus[5]
causa[5] piaculi, uenite prepetes
Christo regi persolbere.

Laudum excubia donat qui[6] copiam
uirtutis, dimicet utque[6] uiriliter
eum querentium ipsum ceu propter[7]
animolas conperdere.

[1] mercede] *m* mark added. [2] *ductor* Blume.
[8] tintinnabulis] *tin* interlined.
[9] poterit] deleted by rubricator.

/Berillus inde, seu a(ca)tes[1] fulgidi, [f. 157.*b*.
cum ametisto ordinis sui loco,
distinctionis iure[2] illis†[3] positi,
dabant future gratie signaculum,
quo hee figure nuntiarent te deum.

Huius dicate sacramentum gratie
temtum per umbras transiendo seculi
peruenit ad te, liberator domine,
ut, que figure precinebant mistice,
conpleta in te ueritas ostenderet.

Hinc finis ipse legis ad iustitiam
mundi reatum proximans detergere,
oblatus ipse tu oblator consecrans
in patris aram[4] conlocatam uictimam
hoc sacramento suscitans ęcclesiam.

Caput (qui)[5] factus et ducator prouidus
duces in illam[6] presulesque conlocans,
quorum reganturꝰ[7] instruenda legibus,
ut erudita gratia pontificum
uitare possit damna seua mortium.

Hinc te corona, Christe, fratrum /postulat, [col. 2.
sacra huiusꝰ[8] clara huius gratia
descendat in his quos, futuros prelegis
uni columbe[9] preferendos principes
apostolatus gratiam his conferens.

Sit trinitati.

ABHINC AD MATVTINVM DICENDVS.

Adest diei Christe consecratio
honoris illa[10] suscitati antestitis[10]
nostri, recursus[11]† innouata temporis,
qua hunc uel omnes consonare conuenit
ecclesiarum deputatos principes.

Sint sacrosancto procreati unguine,
sint sanctitatis prenitentes lampade,
conpunctionis conpleantur munere,
confessionis innobentur cantico,
omni repulso criminum contagio.

[1] acates] *ca* interlined.
[2] *iuris* Blume (a misprint)?
[3] *illic* Lor. Blume.
[4] *ara* Blume.
[5] *qui* interlined; *cui* Blume.
[6] *illa* Blume.
[7] *regatur* Lor. Blume.
[8] *successionis* Lor. *sacrationis* Blume.
[9] possibly *in ui columbae*?
[10] *illi...antistitem* Lor. the reading is very doubtful.
[11] *recursu* Lor. Blume; *innouatae* Blume.

Sint carne puri, sint et ore fulgidi,
sint (h)ospitales,[1] sint amantes inuicem ;
signis coruscent sanitatum /compotens†[2] ; [f. 151.
uirtute pellant spiritus demonia
et ueritatis conualescant gratia.

Retorta bissus castitatis floride[3]
et unitatis punice concordia
indesinenter corda horum repleant,
quo[4] dum patenter mentibus consederint,
adstare possint Christi ad aram liberi.

Sit his potestas ligare†[5] et soluere
episcopali probra priuilegio,
curare moruos corporum uel mentium,
conpassionis ferre testimonium,
portare†[6] motum litis horte scandalum.

Vt de peractis sanctitatis cursibus
uite coronam, quam parasti omnibus
te Christe uero corde diligentibus,
hii consequantur post triumphos seculi,
regno perenni consecrandi perpetim.
Sit trinitati.

ITEM HYMNVS IN NATALICIO EPISCOPI.

Laudem[7] Christo plebs dicata
/concinnat in seculis, [col. 2.
qui sacrauit sacerdotem
conparem apostolis
et remedia concessit
exquisita populis.

Exultet chorus fidelis,
letent[8] in precordiis
de manu sacerdotali
precepturi†[9] hostiam
Christi corporis perenni
comitante gratia.

Cęlo†[10] refulgens lumen
repleuit discipulos,
et doctrina gratiarum
peruenit in posteros,
regnum hoc sacerdotale
quod presentes cernimus.

Benedictionis donum,
et chorona[11] glorie,
indumentum nubtiale
premium, septemplici
decorauit hunc doctorem[12]
Christus suo munere.

Ipse populum et clerum
per huius suffragia
protegat in suo templo
pietatis dextera,
et adtollat in futuro
indulta facinora.

[1] hospitales] *h* interlined. [2] *compotes* Lor. Blume.
[3] *fulgidae* Blume. [4] *quae* Lor. Blume. [5] *et ligare* Lor. Blume.
[6] portare] can hardly be right. Possibly *procul remotum*, if *sit* can be supplied from the beginning of the verse. [7] Laudem] No glosses to this hymn.
[8] *laetentur praecordiis*, or perh. *praecordia* Blume. [9] read *percepturi*.
[10] [*De*] *caelo* Blume. [11] perh. *coronam* ; the reading is not very satisfactory.
[12] *decorem* Blume, without notice of the MS. reading.

Quesumus tuam petentes
/ęternam clementiam [f. 158.*b*.
annua recursionis
per longa†[1] tempora
ut hunc diem celebremus
cum summa letitia.

Gloriam canamus patri
cum honore deuito,
filioque redemtori
simul et paraclito,
qui regnat per infinita
et eterna secula.

HYMNVS IN ORDINATIONE REGIS.

Inclite[2] rex magne rerum,†[3]
consecrator principum,
ueritas signata patris
Christi†[4] uero stigmate,[5]
quo fabente regna durant
atque reges inperant,

Prouee regnum fidelis
principis ad gloriam ;
unguine sacro nitescat,
sanctitate floreat.
fulgeat uite corona,
polleat clementia.

Gaudeat cum plebe totus,
tota plebs cum principe ;
sit dies natalis huius
feriata gaudio ;
sit piis omnino uotis
plena exultatio ;

Vt pie tenendo regnum
cum /beatis moribus, [col. 2.
in quibus nunc principatur,
sic modestus inperet,
quo simul cum his fruatur
sempiterno munere.

Gloria patri melodis.

VERSVS. Domine salbum fac regem.

ALIVS IN NATALICIO REGIS.

Anni[6] peracto circulo
adest dies celebrior
natale nobis principis
nouans recurso[7] temporis.

Quo matris aluo proditus
diem petiuit seculi
lucisque huius prodige
intrauit hortum nesciens.

Tunc[8] tu, creator obtime,
cunabulis[9] infantie
uectum per oras temporum
perfectum abtas in uirum.

Ob hoc, deus, te poscimus,
ut huius adsis questibus
fobens rogantem munere
poscentis audiens precem ;

Quo lucis huius terminum
inmaculatus transeat
metam labentes†[10] seculi,
pergens gradu inculpabili.

Deo patri.

[1] perhaps *longinqua* ; *longaeua* Blume.
[2] Inclite] No glosses to this hymn.
[3] *regum* Lor. Blume.
[4] *Christe* Lor. Blume.
[5] *chrismate* Blume.
[6] Anni] No glosses to this hymn.
[7] i.e. *recursu*.
[8] *Hunc* Blume.
[9] *canalibus* Blume.
[10] *labentis* Blume.

HYMNVS PRO PLVBIA POSTVLANDA.

/Squalent[1] arua soli puluere multo, [f. 159.
pallet siccus a(g)er,[2] terra fatescit ;
nullus roris honus,†[3] nulla uenustas,
quando nulla uiret gratia florum.

Tellus dura sitit nescia roris,
fons iam nescit aquas, flumina cursus ;
herbam nescit humus, nescit aratrum,
magno rupta patet turpis hyatu.

Estus†[4] ferbet humus, igneus ardor
ipsas urit aues, frondea ramis†[5]
fessis tecta necat,†[6] puluis harene
sicco dispuitur ore uiantis.

Ventis ora fere, bestia uentis,
captantesque uiri flammina uenti,†[7]
uentis et uolucres ora recludunt
ac[8] mulcere sitim fraude uolentes.

Fetus cerua suos, pignera cerua,
fetus cerua sitim†[9] fessa recusat,
fetus cerua pios mesta relinquid
quesitam quoniam non ue(n)it†[10] herbam.

Venerunt iuuenes pocula noti
/querentes putei, limphaque fugit, [col. 2.
et uasis uacuis tecta reuisunt
fletus hęu proprio[11] ore bibentes.

Bos presepe suum linquid inane,
pratorumque uolens carpere gramen
nuda†[12] uersat humus,† sic pecus omne
fraudatum moriens labitur herbis.

Radices nemorum rustica plebes
explorat misero curba lauore,
Solarique famem cortice querit,
nec sucos teneros arida prestat.

Hanc peccata famem nostra merentur,
sed mercem[13] propriam Christe fobeto ;

[1] Squalent] No glosses to this hymn.
[2] ager] *g* erased ; *aer* Lor.
[3] *ruris honos* Migne, P.L. xvii. 1175, Blume.
[4] *Aestu* Lor. Blume.
[5] *rami* Migne, Blume.
[6] *negant* Lor. Blume.
[7] *uentis* Migne, Blume.
[8] i.e. *hac*.
[9] *siti* Lor. Blume.
[10] uehit] altered to *uenit*.
[11] *proprios* Blume.
[12] *nudam...humum* Migne, possibly the original reading here.
[13] *merce propria* Migne.

quo culpa grauior gratia maior
iusti supplicii uincla resoluat.

Iam cęlum reseres, aruaque laxes
secundo[1] placidus hymbre, rogamus,
Helię meritis inpia secla
donasti pluuie, nos quoque dones.

Eterne genitor, gloria Christo
semper cum genito sit tibi, sancto
compar spiritui, qui deus unus
pollens[2] perpetuis /inclite seclis . amen. [f. 159.*b*.

VERSVS. Excita domine austrum.

HYMNVS PRO VBERTATE PLVVIE.

Obduxere[3] polum nubila celi
absconduntque diem sole fugato,
noctes continuas sidere nudas
et lune uiduas carpimus olim.

Ether†[4] dira micat igne corusco
concussoque tremit cardine mundus ;
cęli porta tonat, raptaque†[5] credas
axis etherei claustra resolui.

Excrescunt pluuiis aequora ponti,
nec fines proprios iam freta norunt,
aquarum tedio†[6] fluctuat terra,†
errabunda secat arua carina.

Portas†[7] nauta suos, littora nauta,
secessusque suos nauta requirit,
ospes nauta satis, uitibus ospes,
messes nauta super nauigat hospes.

Flentes agricole culta relinquunt,
spectant naufragium triste laboris,
/messis leta natat, semina, census, [col. 2.
nati, tecta, pecus, aruaque migrant.

Cernas alta (d)omus[8] culmina ferri,
et mutatis†[9] locis lumina† poni,
mestas inter aues ludere pisces,
pisces in tremulis ludere tectis.

[1] *fecundo* Migne, Blume. [2] perh. *polles* ?
[3] *Obduxere*] No glosses to this hymn.
[4] perh. *aethra.* [5] *rupta* Migne, Blume.
[6] *Terrarum medio fluctuat unda* Migne, Blume.
[7] *portus* Migne, Blume. [8] domus] *d* on erasure.
[9] *mutatisque locis culmina* Migne, Blume.

Euersos[1] uideas arbore nidos
pullis cum teneris per freta duci,
nec matrem exilio ponere curas
maioresque metu congere† fretus†[2].

Spectat turba uirum, turba fenestris
spectat feminei turba pudoris,
deploratque fame†[3] turba precantum,
uictum nauigiis nauta ministret.[4]

Ihesu parce tua morte redemptis,
prior diluuium pertulit etas,
ut mundaret aqua crimina terre ;
sed mundata tuo sanguine terra est.

Ramum missa ferens ore[5]...

* * * *

[HYMNVS IN VISITATIONE INFIRMORVM.]

.../sic quibus[6] te nunc petimus ( )[7] mederi,[8] [f. 160.
ut tuam omnis recubans medellam
sentiat eger.

Quo, per inlata mala dum teruntur,
eruditorum numero decori
conpotens†[9] intrent sociante fructu
regna polorum.

Gloria patri, genitoque proli,
et tibi conpar utriusque semper,
nomini trino, deitati soli
sidera clament. amen

VERSVS. Sana nos domine et sanabimus.†

HYMNVS DE DEFVNCTIS GENERALIS.

Christe[10] rex mundi creator
et redemtor inclite,
uota plebis obsecrant(e)s[11]
tu benigne suscipe ;
supplici uoce precamur,
postulatus adueni.

Mortis olim tu potenter
uinceres ut principem,
tartara seua petisti
dira claustra diruens,
ferrea uincla resoluens
et retrusos eximens.

[1] *Euersa* Blume.
[2] *cogere fetus* Migne, Blume.
[3] *famem* Migne, Blume.
[4] *ministrat* Migne, Blume.
[5] after f. 159 two (?) leaves wanting.
[6] The hymn beg. *Christe caelestis medicina patris*.
[7] Erasure of five or six letters.
[8] mederi] gloss *curari ; medere* Blume.
[9] *compotes* Lor. Blume.
[10] Christe] No glosses to this hymn.
[11] obsecrantis] *e* altered to *y*.

Hoc triumpho confidentes
mente /prona quesumus, [col. 2.
mortuis ut des quietem,
cum quiete gaudium,
dextere partis[1] tropheum
cum beatis omnibus.

Non eos flamma perurat,
non catena uinceat,
uermis illius pauendi
nemo penam sentiat,
sed tuo dono beati
absque fine gaudeant.
Prestet hec unitas semper
atque summa trinitas,
cuius est perenne nomen
sempiterna claritas,
(qui deus trinus et unus
regnat ante secula).[2] amen.
VERSVS. Animas.

ITEM ALIVS AD OBSEQVIAS SACERDOTVM DEFVNCTORVM.

Deus igne†[3] fons animarum
duo qui socians elementa
uibum simul ac moribundum
hominem pater effigiasti.[4]

Tua[5] sunt, tua, rector, utraque
tibi copula iungitur horum,
tibi dum uegetata choerent,[6]
spiritus simul et[7] caro seruit.

/Rescisa sed ista [f. 160.*b*.
seorsum
soluunt hominem perimuntque ;
humus excipit arida corpus,
animam†[8] rapit aura liquorem.

Quia cuncta creata necesse est
labefacta senescere tandem,
conpactaque dissociari,
et dissona texta retexi.

Hanc tu, deus obtime, mortem
famulis abolere paratus
iter inuiolabile monstrans,[9]
quo perdita membra resurgant ;

Vt dum generosa caducis
ceu carcere clausa ligantur,
pars illa potentior extet
qua†[10] germen ab ethere traxit.

Sit†[11] terrea forte uolumtas
luteum sapit et graue captat,
animus quoque pondere uictus
sequitur sua membra deorsum.

At si generis ignei memor†[12]
contagia pigra recuset,
uehit hospita uiscera secum
pariterque reportat ad astra.

/Iam[13] quod requiescere [col. 2.
corpus
uacuum sine mente uidemus
spatium brebe restat, ut alti
repetat collegia sensus.

Venient cito secula, quum iam
socius calor ossa reuiset,†[14]
animataque sanguine uiuo
habitacula pristina gestet.

Que pigra cadabera pridem
tumulis putrefacta iacebant,
uolucres rapiuntur[15] in auras
animas comitata priores.

[1] *patris* Blume.
[2] qui deus...secula] on erasure.
[3] *ignee* Dressel.
[4] effigiasti] gloss *plasmasti*.
[5] Tua] Against the 2nd, 3rd, 4th, 12th, 15th, 16th, 17th, 40th and 41st strophes is the marginal mark ÷.
[6] i.e. *cohaerent*.
[7] *et spiritus et* Dressel.
[8] *animae* Dressel.
[9] *monstras* Dressel.
[10] *quae* Dressel.
[11] *Si* Dressel.
[12] *memor ignis* Dressel.
[13] *Nam* Dressel.
[14] *reuisat* Dressel, gloss *uisitaberit*.
[15] *rapientur* Dressel.

Hinc maxima cura sepulcris
inpenditur, hinc resolutos
honor ultimus accipit artus
et funeris ambitus ornat.

Candore nitentia claro
pretendere lintea mos est,
adsparsaque mirra suabeo†[1]
corpus medicamine seruat.

Quidnam sibi saxa cauata,
quid pulcra uolunt monumenta,
nisi quod res creditur illis
non mortua, sed data somno?

Hoc prouida Christicolarum
/pietas studet, utpote [f. 161.
credens
fore protinus omnia uiua,
quę nunc gelidus sopor
perurguet.†[2]

Quia dum†[3] iacta cadauera
passim
miserans tegit aggere[4] terre,
opus exibet illi†[5] benigno†[6]
Christo pio†[7] omnipotenti;

Quia lex eadem monet omnis
gemitum dare sorte sub una,
cognitaque†[8] munera†[9] nobis
aliena in morte dolore.[10]

Sancti sator ille Thobię,
sacer ac uenerabilis heros,
dapibus iam rite paratis
ius pretulit exequiarum.

Iam stantibus ille ministris
ciatos ac fercula linquid,†[11]
studioque accinctus humandi
fletu[12] dedit ossa sepulc(h)ro.[13]

Veniunt mox premia cęlo
pretiumque rependitur ingens
nam lumina nescia solis
inlitaque†[14] felle serenat.

Iam tunc docuit pater orbis
/quam sit rationis egenis [col 2.
mordax et amara medella,
quum lux animum noua uexat.

Docuit quoque non prius ullum
cęlestia cernere regna,
quam nocte et uulnere tristi
tolerauerit aspera mundi.

Mors ipsa beatior inde est,
quod per cruciamina leti
uia panditur ardua iustis
et ad astra doloribus hitur.

Hinc[15] mortificata uirescunt,
redeunt melioribus annis,
nec post obitum recalescens
conpago fatiscere nouit.

Hęc, que modo pallida tabo
color auidus†[16] inficit, hora[17]
tunc flore uenustior omni
sanguis cute tinguet amena.

Iam nulla deinde senectus
frontis decus inuida carpit,†[18]
machies neque sicca lacertos
suco tenuauit adheso.

Moruus quoque pestifer, artus
qui nunc populatur anelus,†[19]
/sua tunc tormenta [f. 161.*b*.
resudans
luet inter uincula mille.

Hunc eminus ahere ab alto
uictrix caro iamque perennis

[1] *Sabaeo* Dressel.
[2] *urget* Dressel.
[3] *Qui iacta* Dressel.
[4] aggere] gloss *montone*.
[5] *ille* Dressel.
[6] *benignum* Dressel.
[7] *pius* Dressel.
[8] *cognataque* Dressel.
[9] *funera* Dressel.
[10] *dolere* Dressel.
[11] *liquit* Dressel.
[12] *fleto* Dressel.
[13] sepulchro] *h* interlined.
[14] *deus inlita* Dressel.
[15] *Sic corpora mortificata* Dressel
[16] auidus] gloss *cupidus*; *albidus* Dressel.
[17] hora] i.e. *ora*.
[18] *carpet* Dressel.
[19] *anhelos* Dressel, gloss *fatigatus*.

cernet sine fine gementem,
quos moberat ipse, dolores.

Quid turba supprestis[1] inepta
clangens ululamina miscit,†[2]
quur iam[3] bene condita iura
luctu dolor arguit amens?

Iam mesta quiesce querella,
lacrimas suspendite matres,
nullus sua pignera plangat,
mors hec reparatio uite est.

Sic semina sicca uirescunt
iamortua[4] iamque sepulta,
quę reddite†[5] cespite ab imo
ueteres meditantur aristas.

Nunc suscipe terra fobendum,
gremioque hunc concipe molli;
hominis tibi membra sequestro
generosa et fragmina credo.

Anime fuit hec domus olim
factoris ab ore create;
ferbens habitauit in histis
sapientia /principe [col. 2. Christo.

Tu depositum contege†[6] corpus,
non inmemor ille requiret
sua munera finctor et auctor,
propriique enigmata[7] uultus.

Venient cito[8] tempora iusta,
quum spem deus impleat omnem;
reddas patefacta necesse est
qualem tibi trado figuram.

Non sic†[9] cariosa uetustas
dissoluerit ossa, fabillis
fueritque ciniſculus arens
minimi mensura pugilli;

Hec†[10] si uaga flamina et aure
uacuum per inane uolantes
tulerint cum puluere nerbos,
hominem perisse†[11] licebit.

Sed dum resolubile corpus
reuocas, deus, atque reformas,
quanam regione iubebis
animam requiescere puram?

Gremio senis addita sancti
recubuit†[12], ut est Heleazar,[13]
/quem floribus undique [f. 162. septum
diues procul aspexit†[14] ardens.

Sequimur tua dicte†[15] redemptor,
quibus atram†[16] morte triumphans
tua per uestigia mandas
socium crucis ire latronem.

Patet ecce fidelibus ampla[17]
uia lucida iam paradisi,
licet et nemus illud adire
homini quodemerat[18] anguis.

Illic precor, obtime ductor,
famulam tibi precipe mentem
genitali in sede sacrari,
quam liquerat exul et errans.

Animas[19] non inmemor ob hoc
quarum memores sumus ipsi

[1] *superstes* Dressel.
[2] *miscet* Dressel.
[3] *tam* Dressel.
[4] i.e. *iam mortua.*
[5] *reddita* Dressel.
[6] *tege* Dressel.
[7] enigmata] gloss *similitudines.*
[8] *Veniant modo* Dressel.
[9] *si* Dressel.
[10] *Nec* Dressel.
[11] *periisse* Dressel.
[12] *recubabit* Dressel.
[13] Heleazarus is the form of Lazarus's name in the old Latin.
[14] *adspicit* Dressel.
[15] *dicta* Dressel.
[16] *atra* Dressel.
[17] *ampli* Dressel.
[18] i.e. *quod demerat; quod ademerat* Dressel.
[19] Animas] The remainder is not Prudentius.

deus sorde[1] rogamus piatas
hęreui rogis[2] fac alienas.

Sit honor tibi, fons pietatis,
laus, gloria, summa potestas
patri, genito sibe dono,
orbem regis[3] qui deus unus.
amen.

VERSVS. Conuertere domine aliquantulum.

HYMNVS DE VNO DEFVNCTO.

Hic functionis dies est†[4]
/credentis in te, rex [col. 2.
deus,
functi fideli(s)[5] spiritum
transduc choris cęlestium.

Huius tenebras discute,
peccata huius dissice,[6]
locetur in celestibus
iunctus polorum ciuibus.

Serena huic micet dies,
sidus perenne splendeat,
nullis teratur tediis,
summis feratur gaudiis;

Vt inferorum carceres
et claustra queque orrentia
pertransiens in ethera
celi fruatur patria.

Hinc et recepto corpore
resurgat hic ad gloriam,
te(n)entis[7] au(c)ta[8] gratia
laudans perennis incola.

Presta pater.

VERSVS. Anima eius in bonis demorauitur.

IMNI VESPERTINI DOMINICALES QVOTTIDIANI.

/Inuentor rutili dux bone luminis, [f. 162.*b.*
qui certis uicibus tempora diuidis,
merso sole chahos inruit[9] orridum,
lucem redde tuis Christe fidelibus.

Quamuis innumero sidere regiam
lunarique polum lampade pinxeris,
incursu†[10] silicis lumina nos tamen
monstras saxigeno semine querere;

Ne nesciret homo spem sibi luminis
in Christi solido corpore conditam,
qui dici stabilem se uoluit petram,
nostris igniculis unde genus uenit,

[1] *sorte...a portis* Blume.
[2] *regis* Blume.
[3] *orbis regi* Blume.
[4] *est dies* Neale, Blume.
[5] fidelis] *s* interlined.
[6] *disice* Blume, gloss *separari.*
[7] tenentis] *n* altered from *m*, *te mentis* Blume.
[8] aucta] *c* interlined.
[9] [illegible]*it* Dressel.
[10] *incussu* Dressel.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Pinguis†[1] olei rore madentibus
lucinis†[2] aut facibus pascimur†[3] aridis,
quin et fila fabis scirpea[4] floreis
presso melle prius conlita fingimus.

Viuax flama uiget, /seu caba testula [col. 2.
sucum linteolo suggerit ębrio,
seu pinus piceam fert alimoniam,
seu ceram teretem stupa calens bibit.

Nectar de liquido uertice ferbidum
guttatis[5] lacrimis stillat olentibus,
ambustum quoniam uis facit ignea
imbrem de madido flere cacumine.

Splendent prespicuo†[6] lumine arduo
flammis luminibus†[7] scilicet atria,
abscentemque diem lux agit emula,
quam nox cum lacero uicta fugit pepio.

Sed quis non rapidi luminis arduam
manentemque†[8] deo cernit originem?
Moyses nempe deum spinifero[9] in rubo
uidit conspicuo lumine flameum.

Felix[10] qui meruit sensibus†[11] in sacris
cęlestis solii uisere /principem, [f. 163.
iussus nexa pedum uincula soluere
nec[12] sanctum inuolutis†[12] pollueret locum.

Per quem[13] splendor, honor, laus, sapientia,
magestas, bonitas et pietas tua
regnum continuat nomini[14] triplici
texens perpetuis secula seculis. amen.

VERSVS. Qui fecit.

REPETITIO.

Hunc[15] ignem populus sanguinis incliti
maiorum meritis tutus et inpotens,

[1] *pinguis quos* Dressel.
[2] *lychnis* Dressel.
[3] *pascimus* Dressel.
[4] scirpea] gloss *stopa*.
[5] *guttatim* Dressel.
[6] *perspicuo* Lor. : *Spl. ergo tuis muneribus pater* Dressel.
[7] *mobilibus* Lor. Dressel.
[8] *manantemque* Lor.
[9] *spinifera* Dressel.
[10] Felix] marg. *Vbi dixit Dominus ad Moysen Ego sum qui sum.*
[11] *sentibus* Dressel.
[12–12] *ne...inuolucris* Dressel.
[13] Per quem] This verse is displaced from its proper position at the end.
[14] *numine* Dressel.
[15] Hunc] marg. *Vbi eduxit Moyses filiis† Israhel de Egypto.*

suetus sub dominis uiueret† barbari†[1]
iam liuer sequitur longa per auia.

Qua gressum tulerant castraque cerule
noctis per medium concita mouerant,
plebem peruigilem fulgore preuio
ducebat radio†[2] sole micantior.

Sed rex Niliaci litoris inuido
ferbens felle iubet preualida manu[3]
in bellum rapidis ire cohortibus
ferreasque†[4] acies clangeret†[5] classicum.[6]

/Sumunt arma uiri seque minacibus [col. 2.
accingunt gladiis, triste canit tuba,
hic fidit iaculis, ille uolantia
prefigit calamis spicula nosciis.†[7]

Densetur cuneis turba pedestribus,
currus pars et equos et uolucres rotas
conscendunt cęleres, signaque uellica
pretendunt tumidis clara draconibus.

Hinc iam serbitii nescia pristini
gens Pelusiacis usta uaporibus
tandem purpurei gurgitis ospita
rubris litoribus fessa resederat.

Hostis dirus adest cum duce ferbido,[8]
infert et ualidis prelia uiribus:
Moyses porro suos in mare precipit
constans intrepidis tendere gressibus.

Prebent rubta locum stagna uiantibus
riparum in faciem peruia, sistitur
circumstans uitreis unda licoribus,
dum plebs /sub uiuido†[9] permeat equore. [f. 163.*b*.

Pubes quin etiam decolor asperis
inrita†[10] odiis rege sub impio
Ebreum sitiens fundere sanguinem
audens†[11] se pelago credere concabo.

Per quem splendor.

[1] *uiuere barbaris* Dressel.
[2] *radius* Dressel.
[3] *praevalidam manum* Dressel.
[4] *ferratasque* Dressel.
[5] *clangere* Dressel.
[6] classicum] gloss *Quod sonat sonum in tubis.*
[7] *Gnosiis* Dressel, gloss *cognitis.*
[8] *perfido* Dressel.
[9] *bifido* Dressel.
[10] *inritata* Dressel.
[11] *audet* Dressel.

Repetitio.

Inuentor.

Ibant precipiti turbine percita[1]
fluctus per medios agmina regia,
sed confusa dehinc unda reuolbitur
in semet reuolans gurgite confluo.

Curros tunc et equos telaque naufragia,†[2]
ipsos et proceres et uaga corpora
satellitum†[3] nigrorum uideas nare,
arcis iustitium triste tirannice.

Que tandem p(o)terit[4] lingua retexere
insignis†[5] pietas nominis unici,
cuius subsidio nos quoque uescimur
pascentes dapibus pectora misticis.†[5]

Qui pontum rauidis[6] estibus inbium
persultare uetas, /ut refluo in salo [col. 2.
securus pateat te duce transeat,†[7]
et mox unda rapax ut uoret[8] inpios.

Que†[9] ieiuna heremi saxa loquacibus
exunda(nt)[10] scatebris et latices nobos.
fundit scisa silex, que sitientibus
dat potum populis axe sub igneo.

Instar fellis aqua tristifico in laco
fit ligni uenia mel uelut Atticum :
lignum est quo sapiunt aspera dulcius,
nam prefixa cruci spes omnium†[11] uiget.

Ynplet castra cibus tunc quoque ninguidus
inlabens gelida grandine densius :
his mensas epulis, hac dape[12] construunt,
quam dat sidereo Christus ab ethere.

Nec non inbrifero[13] uentus anelitu
crassa nube lebes inueit alites,
que conlata in unum†[14] cum semel agmina
fluxerunt, reduci non reuolant fuga...[15]

* * * *

[1] percita] gloss *acusati.* [2] *naufraga* Dressel.
[3] *nigr. uid. nare satellitum* Dressel. [4] poterit] *o* on erasure.
[5] insignis...mysticis] these three lines are misplaced belonging to a stanza 24 lines further on and displacing the true lines (see Dressel) so as to make nonsense.
[6] i.e. *rabidis ; rapidis* Dressel. [7] *transitus* Dressel.
[8] ut uoret] *deuoret* Dressel.
[9] Quae] *Cui* Dressel. Marg. *Ubi fluit aqua filiis Israhel in deserto.*
[10] exundant] *nt* on erasure. [11] *hominum* Dressel.
[12] dape] gloss *Manduciis uel manna.* [13] imbrifero] gloss *Rusciento.*
[14] *humum* Dressel. [15] after f. 163 two leaves and one or more quires lost.

[AD HORAS CANONICAS.]

... */usque duodecim psalmi reciptentur. Laudes.* A laqueo [f.164. uenantium . *et ymni qui secuntur. In diebus uero cotidianis . non dicitur responsum nec lectionem neque apostolum. In diebus autem dominicis uel precipuorum psollemnitatibus finitis in ordine psalmi*†[1] *dicitur hunc responsum uel lectione*†[2] *qui sequuntur.*

[RESPONSVS]. *Gregem tuum domine ne deseras pastor bone qui dormire nescis inuigila.* *Versus.* *et ne nocturnis terroribus fatigemur celeste super nos uelamen pretende . pastor.*

LECTIO LIBRI EZECIELIS PROPHETE.[3] Hec dicit dominus . saluabo gregem meum . et non erit ultra in rapina[4] . et iudicabo inter pecus et pecus . et cessare faciam bestias pessimas de terra . et qui in desertis habitant securi dormi(u)nt[5] ayt dominus omnipotens.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD FILIPENSES.[6] Fratres petitiones uestre innotescant apud deum . et pax Christi que exuperat omnem sensum custodiat corda et corpora uestra et intellegentias uestras per fidem que est in Christo Ihesu domino nostro. amen.

LAVDES *Alleluia. A laqueo uenantium /et a uerbo [col. 2. aspero liuera nos deus noster . alleluia. A labiis iniquis et a lingua maligna erue nos Christe deus . alleluia.*

DOMINICALES. *Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. Inlumina domine oculos nostros ne umquam obdormiamur†[7] in morte. alleluia.* *Versus.* *Confirma super nos misericordiam tuam et ueritas tua maneat nobiscum in ęternum. alleluia.*

ITEM ALIAS DE QVADRAGESIMA. *Laus tibi domine rex eterne glorie. Salua plebem tuam domine rex. Rege eam domine rex. Quam redemisti tuo sanguine rex.*

(YMNVS II. FERIA.)[8]

Christe inmense dominator sancte
conserua gregem qu(a)m†[9] tu redemisti,
sanguine sacro tuo pretioso
ipse saluasti.

Conserba gregem tuum, Ihesu Christe,
et fac heredem, et in te manere

[1] read *psalmis.*
[2] read *lectiones*?
[3] Ezech. xxxiv. 22, Vulg.
[4] read *rapinam.*
[5] dormiunt] *u* on erased *e*?
[6] Phil. iv. 7, Vulg.
[7] read *obdormiamus.*
[8] Ymnus ii feria] inserted in margin.
[9] *quem* altered to *quam.*

semper adsistere†[1] pariterque omnes
laudes referre.

(Exaudi[2] pręcem populi rogantis,
qui tibi puro ineserunt corde,
ut tecum fiant[3] tempore ęterno
in regno tuo.

Ibique cuncti angeli letentur,[4]
omnesque simul una uoce clament
gloria Christo sedenti in trono[5]
regi ęterno.)

Tibi, defensor alme, bone pastor,
gratias omnes agimus inmense,
tua nos semper dextera conserbet
/per omnia secla.†[6] [f. 164.*b*.

I[7]. FERIA.

Christe, qui lux es (et)[8] dies,
noctis tenebras (de)teg(e),[9]
lux ipse lucem (proferens),
lumen beatum predicans.

Precamur sancte domine
defende nos in hac nocte,
sit nobis in te requies,
quietam noctem tribuę.

Ne grabis somnus inruat,
hostis nobis[10] subripiat,
caro[11] illi consentiat,
nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant,
cor ad te semper uigilet,
dextera tua protege[12]
famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice,
insidiantem reprime,
guberna tuos famulos,
quos sanguine mercatus es.

Memento nostri domine,
in grabe[13] isto corpore,
qui es defensor anime,
adesto nobis domine.

[1] *assiste* Blume.

[2] Exaudi...aeterno] These two stanzas are inserted by another hand in the margin. Being much rubbed some words are uncertain.

[3] *fuit* Blume (a misreading).

[4] *laetantur* Blume (a misreading); in the next line the last vowel of *clamant* is illegible.

[5] *detur infinita* Blume, not a possible reading.

[6] *omne saeclum* Blume.

[7] altered from II.

[8] *et* on erasure.

[9] detege, *etc.*] *de* interlined by orig. hand. A fourteenth century hand has made alterations apparently with a view to introducing the following reading which is also given in full in the margin,

Christe qui lux es et dies,
noctis tenebras detegis
lucisque lumen crederis
lumen beatum predicans.

but has afterwards I think tried to restore the text to its original form.

[10] The fourteenth century corrector reads *nec hostis nos.*

[11] Corrector reads *ne caro illi consentiens; consentiens* Blume.

[12] Corrector reads *protegat;* so Blume.

[13] *graui* Lor. Blume.

Tetre noctis insidias
huius timoris libera ;
tue lucis magnalia†[1]
totum chorum inlumina.[2]

III. F[ERIA].

Te deprecamur[3] domin(um)[4]
misericordem et pium,
propter nomen /tuum [col. 2. domine†[5]
esto nobis propitius.

Sollicitudinem nostram
super te deus iactamus ;
nisi misertus fueris
in uano lauorabimus.

Ea que tibi displicent
te adiubante uincamus ;
saluasti nos uigilantes,
custodi nos dormientes,

In pace in(id)[6] ipsum
securi requiescamus,
exurgentes diluculo
sobrie te adoremus.

Peccata nostra (di)lue[7]
(et) miserere d(omine),[7]
qui regnas in perpetuum,
adesto nostris precibus.

Qui es unus potentia,
dele nostra cirografa,
ut tua† semper gloria†[8]
cuncta laudemus per secla.
amen.

YMNVS IIII. FERIA.

Ihesu saluator seculi
redemp(tis)[9] ope( )[9] subueni,
et pia dei genetrix
salutem posce mis( )eris.[9]

Cetus omnis angelicus,
patriarcharum cu(n)e(us)[10]
et prophetarum merita
nobis precentur ueniam.

Babtista Christi prebius
et claui(g)er[11] ethereus
cum ceteris apostolis
(nos)[12] solbant nexu criminis.

Chorus sacratus mart(i)rum,[13]
/confessio sacerdotum [f. 165.
et uirginalis castitas
nos a peccatis abluant.

[1] *magnalibus* Blume.
[2] inlumina] In marg. in a nearly contemporary hand another verse—
Gloria patri ingenito
et Christo regi domino
una cum sancto spiritu
in sempiternum gloria. amen.
[3] deprecamur] *perfruamur* Blume, without notice of the MS. reading.
[4] dominum] on erasure of *domine*. [5] *deus* Blume.
[6] id] inserted (Ps. iv. 9). Mr. Bannister suggests *ut* to supply the syllable still missing ; *nunc in hoc ipsum* Blume.
[7–7] dilue...domine] smudged by the corrector, who substitutes—
peccata nostra ablue
miserere nobis deus.
[8] *tuam...gloriam* Blume. [9–9] erasures.
[10] originally *cum eis* (?) [11] clauiger] *g* inserted.
[12] nos] on erasure. [13] martirum] *i* altered to *y*.

Monachorum suffragia
omnesque ciues cęlici
annuant uotis supplicum
et uite posc(an)t[1] premium.

Laus, honor, uirtus, gloria
deo patri et filio,
una cum sancto spiritu,
in sempiterna secula. amen.

V. FERIA.

Christe redemtor omnium
conserba tuos famulos,
beate semper uirginis
placatus sanctis precibus.

Beata quoque agmina
celestium spirituum
preterita pres( )entia[2]
futura mala pellite.

Vates ęterne iudicis
apostolique domini,
suppliciter exposcimus
saluari uestris precibus.

Mart(i)res[3] dei incliti
confessoresque lucidi,
uestris orationibus
nos ferte in cęlestibus.

C(h)orus[4] sanctarum uirginum
monac(h)orumque[4] omnium,
simul cum sanctis omnibus
consortes Christi facite.

Gentem auferte perfidam
credentium de finibus,
ut Christi laudes /deuitas [col. 2.
persoluamus alacriter.

Gloria.

YMNVS VI. FERIA.

Obsidiones obuias
paremus omnes carminum
contra tenebrarum ducem,
contra tetrum satellitem.

Manus perarmet spes, fides ;
lumbos ualens crux obtegat ;
cingamur ense spiritus
propter timores noctium.

Ihesu, manu fortissima
salua fideles per fidem ;
euerte aduersos cruce ;
in pace cuncta[5] protege.

[ALIVS].

Adsunt tenebre prime,
noctis tetre excurs(u)s[6] ;
cum canticis et ymnis
nunc dedicemur omnis.

Nunc[7] tempus illud hoc est,
quod Iheremias dicit,
surgendum esse nobis
primordio in noctis.

Nos spiritu perarma,
inuicta radix Dauid,
disrumpe uincla noctis
et da iubar salutis.

Somni quies sit grata.
mens peruigil resurgat ;
non sordidemur actu,
nec spiritu grauemur ;

[1] poscant] on erasure.
[2] presentia] erased *c* ?
[3] martires] *i* altered to *y*.
[4] corus, monacorum] *h* inserted.
[5] cuncta] *nos* added above the line.
[6] excursus] altered to *excursis*.
[7] *Nam* Blume.

Sed corpore et mente,
spiritu†[1] ferbente,
uestigio inpigro,
te consequamur Christe.

[ALIVS].

/Noctis tetre prim- [f. 165.*b*.
ordia
in laudibus transegimus;
nunc te precamur trinitas
ut precinnentes audias.

Tu omnibus da gratia(m),[2]
tu fessa qu(a)que[3] alleua,
errata dele crimin(a)[4]
exclude iuge scandal(a).[4]

Lux uera nos inlumina,
mentis tenebras effuga,
ut pax habundet omnibus
qui te creator credimus.

[ALIVS].

Quieti tempus adest
quo fessa membra quies
obtineat innocens,
et Christo uigilet mens.

Pelle a nobis deus
rogamus, omne tetrum
anguis priscis†[5] malignum
uirusque mortiferum.

Ut sub umbra alarum
tutissima tuarum
protecti maneamus
tuasque†[6] laudes surgamus.

Sit gloria et potestas
deo patri et proli,
paraclito quoequali
in seculorum seclis. amen.

SABBATO YMNVS.

Lucis auctor clemens, lumen /inmensum, [col. 2.
lumen cuius fulget sanctus ęternus
Christus, cum quo regnat cum ipso in unum,
et sanctus spiritus, una potestas.

Tetre noctis huius caliginem pelle,
serpentisque fraude†[7] quesumus fuga:
nos armatos crucis signaculo salua;
sacrosancto tuo nomine dita;

Quos peccati mole graui[8] depressos
sua milleformis[9] fraude decepit:
se uictorem gaudens quoque se uictum
agnoscat[10] uirtutem†[11] omnipotentis.

[1] *et spiritu* Neale; *espiritu* Blume. [2] gratiam] erasure.
[3] quaeque] *e* altered to *a*; *quoque* Lor. and Blume.
[4] erasures; *criminum*, *scandalum* Blume.
[5] *prisci* Blume; Lor. reads *piscis*. [6] *ad laudesque* Blume.
[7] *fraudem* Blume. [8] *grauide depressos* Lor.; *grauide pressos* Blume; the metre seems to allow of either.
[9] or perh. as Blume *mille formis*.
[10] *cognoscat* Blume. [11] *uirtute* Lor. Blume.

Pater inmortalis, omnium pastor,
inuidentem hostem confringe, saluator[1]
lumen nobis prebe perhenne de sancto ;
nos†[2] ęternę uite redde beatos†.

Redem(p)tor[3] excelse, rex omnis terre,
delictorum pius gemitus adtende ;
lumen†[4] nobis prebe de fonte perenne† ;
tenebroso†[2] calle non pabeamus†.

Noctem nobis istam dona /quietam ; [f. 166.
inimicum hostem fuga( )a[5] nobis ;
crucis signum uincat omne[6] iniquum[7] ;
te Christe rogamus, mane nobiscum.

Gloria et honor deitati trino,†[8]
ingenito deo, genitoque Christo,
spirituque simul paraclito(que)†[9] sancto,
cuius uerbo claret secula (regnans)†[10]. amen.

Post hymnum uero. Psalmus Quinquagesimus *usque in finem cum* Gloria. *Deinde versum.* Scuto circumdabit te. Kirieleison *tribus vicibus bus.*† Pater noster. PETITIO. A malo nos libera. Deus miserere *nouem vicibus.*

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis . et iniquitatum nostrarum clemens copiam abole ( ).[11] Vt†[12] quicquid suadente inimico in huius diei spatio cogitato uel facto deliquimus . tu qui pius es et misericors[13] ignosce propitius. Vt nocturna euadentes decipula . ad consti(tu)tum[14] ministerii ordinem exurgentes . laudationis tibi iubilum persoluamus indemnes. amen.

(ORDO[15] QV)IETE A(NT)E LECTUL(O).

[ ][16] Esto nobis domine in deum protectorem. Et in locum munitum ut saluos nos facias. Esto no . /Gloria. [col. 2.

[1] *frange fuscantem* Blume ; probably the true reading.
[2] nos...beatos, tenebroso...paueamus] transposed Blume. [3] redemtor] *p* inserted.
[4] lumen...perenne] has displaced the true reading *insidiantem hostem confringe saluator* Blume.
[5] fuga] erasure of one letter. [6] omne] altered to *et omne.*
[7] iniquum] *inimicum* Lor. col. 930 *iniquum* col. 966.
[8] deitati trino] read *trinae ; potestas et uirtus* Blume. [9] *que* inserted.
[10] regnans] on erasure ; *clarent secula cuncta* Lor. Blume.
[11] abole] *re* erased ; *dignęris abolere* Lor. [12] Vt] read *et.*
[13] pius es et mis.] altered to *pius et mis. es.*
[14] constitutum] *tu* inserted.
[15] Ordo *etc.*] the bracketed letters are restored by a later hand, the red ink being rubbed. *Ordo* was perhaps not originally there at all.
[16] no title. I do not know how far Lor. has Moz. authority for calling these Responsoria, cf. however p. 292.

Esto no. *Deinde dicit Versum.* Saluos nos fac ut confiteamur. Benedictus dominus deus.

LAUDES. Alleluia. Dignare domine noctem istam sine tribulatione et a peccato nos custodire. *Versus.* Fiat domine misericordia tua super nos sicut sperabimus in te.

HYMNVS.

Tempus sopori congruum
adest, quies sit corporum,
stratum rigemus lacrimis,
lectum lauemus fletibus.

Precelleamus simbol(um),[1]
succedat hinc oratio ;
hinc osculantes inuicem
armemur ipsi per crucem.

Sic fessa membra lectulo
demus sub illo iudice,
qui sic quiescentes excubat,
ut dormientes protegat.

Discede turba demonum,
liquesce ars satellitum,
per nomen hoc crucis sacre
(atque)†[2] tuosque dissice( )†[2]

At tu, creator omnium,
procul repelle inuidum ;
aduersa cuncta dissices,
tranquilla quęque conferas.

Presta.

/Credo in deum. (Custodi nos)[3] domine. [f. 166.*b.*
Pater noster. Deus miserere *nouem uicibus.*

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis et karitatis dulcedine( )[4] corda nostra perfunde . quo pacis (tue)[5] semper conexione firmati . antiqui hostis in cordibus nostris aditus non pateat introeundi . sed sic semper protectionis tuę uelamine tueamur . ut ubique angelorum tuorum excubiis muniamur. Vt si fessa membra quieberint . spiritus tibi uigilet semper . (uigilante[6] tua custodia deus noster qui uib[is]. In nomine domini nostri Ihesu Christi eamus et requiescamus cum pace). amen.

[1] symbol(um] erasure ; *symbolo* Blume.
[2] atque...dissice] erasures ; *que te...dissicet* Lor. and (*disicet*) Blume.
[3] Custodi] on erasure and *nos* interlined.
[4] dulcedine] erasure of one letter. [5] tue] inserted.
[6] uigilante, *etc.*] in marg.

Post hec date†[1] *abinvicem veniam*† *absolbit decanus et vadunt ad lectos et requiescunt.*

ORDO AD MEDIVM NOCTIS CELEBRANDVM.

[ ] Deus in adiutorium. Deus adiuto. Gloria. Deus in adiuto. Sicut cerbus desi. Ecce quam bo. Ecce nuc†[2] benedicite.

[EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES] Nostra[3] conuersatio fratres in celis est unde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Ihesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre.

Verumtamen[4] quod preuenimus idem sapiamus. ut /in [col. 2, unam†[5] permaneamus regulam.†

Nos enim[6] sumus circumciso corde. qui spiritu deo seruimus et gloriemur in Christo Ihesu domino nostro.

De cetero[7] fratres. quecumque sunt uera. quecumque iusta. quecumque pudica. quecumque bone fame. hęc cogitate hęc tenete. et hęc agite. Gloria.

LAVDES. *Alleluia alleluia. Media nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei. *Versus.* Oleum recondite in uasis uestris ut lampades (ues)tre[8] sint semper accense.*

YMNVS.

Quotquot†[9] uolutis artubus
somno grauatis torpuit
delusa mens in somnio
turpi( )que[10] fluxu( ) seminis,

Fusis pater piissime
expostulamus fletibus,
ut iam recedant sordida
liuidinum fantasmata.

Laba quod hostis polluit,
quod sordidabit innoba,
mundemur omnes sordibus
carnis grauate[11] spiritus.

Presta.

Credo in deum. /Fiat domine. [f. 167.

[1] read *data...uenia.*
[2] read *nunc.*
[3] Nostra conu.] Phil. iii. 20, 21 Vulg.
[4] Verumtamen] Phil. iii. 16.
[5] read *una...regula.*
[6] Nos enim] Phil. iii. 3.
[7] De caetero] Phil. iv. 3.
[8] uestre] *ues* interlined.
[9] *quot conuolutis* Blume.
[10] erased letters.
[11] *carne grauati* Blume.

Kirieleison *tribus uicibus.* Pater noster.

Deus miserere Deus miserere Deus miserere Deus miserere Deus miserere Tu sana infirmos reuoca captiuos collige dispersos subueni oppressis succurre defunctis. deus.

ORATIO. Misericordiarum tuarum domine ymbrem super nos famulos tuos miseratus infunde . et nostrarum inpręcationum clamores intendens . omnium dedecorosa facinora dele . fiatque ęternę omnipotens deus munus hoc acceptabile in conspectibus†[1] glorie tuę . quod prę†[2] ualitudinibus cunctorum fidelium . pro redditu ad propria captiuorum. Pro collectione omnium dispersorum . pro ereptione etiam oppressorum ac requiem catholicorum pausantium . hoc nostrum tibi intentionis deferri conspicis uotum . ante tuum trementes maiestatis /offerimus tronum. [col. 2. vt qui aduentu( )[3] glorie tuę sollicite sustinentes . huius noctis ( )[4] mediato tempore ad consuetum psalmodię ministeri(i)[5] exurgentes . nostrę tibi seruitutis facim(us)[6] exorationum clamores. Tu pius adsiste . tu clemens intende . tu propitius fabe. Qui solus uim interni nostri desiderii uales considerare facillime . sentiamus itaque ob hoc misericordie tue munere ubique nos inlesos a demonum incursibus permanere. Vt sic in huius mundi uiuamus tenebrosum spatium . quatenus perpetuum diei fru(i)[7] mereamur lumen eternum.

ORDO PECVLIARIS VIGILIE.

Si tempus fuerit et nox adhuc fuerit prolixe peragere deuebis hunc ordinem peculiarem cum verso et tres canticis subter scriptis.

[ ] *Surge lauda in nocte (et)[8] in principio uigiliarum tuarum . effunde sicut aqua†[9] cor tuum in conspectu domini. /Leua ad deum manus tuas pro remedio pecca- [f.167.*b.* torum tuorum.*

ORATIO. Rex noster et deus noster uerb(i)[10] supplicum tuorum propitiatus intende . et in principio uigiliarum tuarum ad te cum deuotione currentes dignanter exaudi. Vt pro multitudine( )[11] misericordię tuę domum sanctam tuam introyre . ibique laudes tuas mereamur frequentius in tuo cantare timore.

Deinde recitabis viiii. psalmos qui sequuntur in ordine et alios tres canticos consonantes et dicebis hunc responsum.

[1] read *conspectu.*
[2] read *pro.*
[3] aduentu] erased letter (*m*).
[4] erasure before *mediato*, perhaps of *iam*, which is inserted after *mediato* by the corrector.
[5] *ministerium* altered to *ministerii.*
[6] facimus] erasure.
[7] erasure.
[8] et] interlined.
[9] read *aquam.*
[10] uerbi] erasure ; read *uerbis.*
[11] multitudine] erased letter.

PSALMVS. *Uigila domine super oues gregis tue ne fur nocturnus ueniat et furetur et perdat nos.* *Versus.* *Custodi nos domine ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege nos. ne fur.*

DE VNA VIRGINE . PSALMVS. *Simile[1] est regnum celorum decem uirginibus que accipientes lampades suas /exierunt [col. 2. sponso in obuiam et que parate erant intraberunt cum eo ad nubtias et clausa est ianuam.†[2]* *Versus.* *Media nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei . et que.*

DE VIRGINIBVS. PSALMVS. *Acceperunt prudentes oleum in uasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei.* *Versus.* *Date nomini eius magnificentia† et confitemini illi . ecce.*

PSALMVS. *Clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei.* *Versus.* *Oleum recondite in uasis uestris ut lampades uestre sint accense . ecce.*

DE SANCTIS. PSALMVS. *Serui dei benedicite.*

IN QVADRAGESIME DOMINICIS. PSALMVS. *Meditatus sum nocte cum corde meo anxiatus est spiritus meus et dixi numquid in eternum /repellet deus.* *Versus.* *Timor et tremor [f. 168. uenerunt super me et contexerunt me tenebre . et dixi.*

PSALMVS. *Vigilate et orate dixit dominus nescitis hora† quando dominus domum ueniet sero an media nocte an galli cantum an mane et dum uenerit repente ne inueniat uos dormientes quia oportet semper orare et numquam deficere.* *Versus.* *Dominus Ihesus discipulis suis dicens uigilate et orate ne intretis in temtatione . quia.*

PRO DIES† DOMINICIS. PSALMVS. *Per diem clamabi et nocte coram te domine intret in conspectu tuo oratio mea alleluia alleluia.* *Versus.* *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitie tue . intret.*

LECTIO LIBRI. ESAYE PROPHETE. Hęc dicit[3] dominus sanctus Israhel . Si reuertimini et quiescatis in silentio . et (ipse)[4] erit fortitudo uestra propterea expectat /dominus [col. 2. (deus ut)[5] misereatur uestri. Et ideo exaltabitur parcens uobis . quia deus iudicii dominus beati omnes qui expectant eum.

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI. AD XII. TRIBVS. Karissimi[6] . subditi estote deo. Resistite autem diabolo . et fugiet a uobis . adpropinquate deo . et adpropinquabit uobis. Emundate manus

[1] Simile] Matt. xxv. 1, Vulg.
[2] read *ianua.*
[3] Haec dicit] Is. xxx. 15, 18 Vulg.
[4] ipse] on erasure ; read *in spe.*
[5] deus ut] on shorter erasure.
[6] Carissimi] Jac. iv. 7–10 ,Vulg.

peccato(rum)[1] et sanctificate corda . dupplic(i)[2] animo . miseri estote lugete et plorate (ri)sus[3] uester in luctu conuertatur . et gaudium in merore . humiliamini in conspectu domini . et exaltabit uos.

LAVDES. *Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. De profundis clamabi ad te domine . alleluia.* *Versus.* *Domine exaudi uocem meam . alle.* SECVNDA. *Fiant aures tue intendentes ad orationem serui tui . alle.*

ALIAS. *Alleluia . Beati serui illi quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes . alle . /Amen dico uobis [f. 168.*b.* quia precinget se et ministrabit illis . alleluia.*

YMNVS.

Surgentes ad te, domine,
atre noctis silentio
uigiliis, obsequiis
patrum sequentes ordinem,

Quem nobis dereliquerunt
iure hereditario,
ministrantes excubiis
tibi, sancte paraclite.

Pari cum patre clarus es,
cum Christo, subtilissimus
multi(s)modis†[4] spiritus
rex misticus agnosceris.

Fragiles carne conspice,
quos ille antiquissimus
suis decepit artibus,
tuis trae uirtutibus.

Grex tuus tibi deditus
nullo tenatur[5] crimine,
quem tuo, Christe, sanguine
uoluisti redimere.

Oues errantes prẹuide†[6]
pastor bone, piissime,
ad aulam celsitudinis
tuis reporta humeris.

Tabefactus et saucius
abscedat princeps demonum ;
/perdat predam de [col. 2.
faucibus
insatiata rabies.[7]

Exultet Christus dominus,
psallat corus angelicus,
laudes sonent†[8] in organo
ter sanctus dicat domino.

Ihesu[9] defensor omnium,
protector et mirabilis,
suet(e)†[10] noctis aduenit,
et nos sopore dediti,

In tuo (sancto)[11] nomine,
qui custus et defensor es,
euigilemus spiritu
ut mereamur lampades.

Cantores tuos[12] domine
quos iubes nocte surgere,

[1] peccatorum] *rum* inserted.
[2] dupplici] erasure.
[3] risus] erasure.
[4] multimodis] *s* interlined ; pron. *espiritus*.
[5] *teneatur* Blume.
[6] *prouide* Blume.
[7] *insatiatus rabidus* Blume.
[8] *sonans* Blume.
[9] Ihesu] Blume, following the Madrid MS., begins a new hymn.
[10] suetae] erasure ; *sueta* Lor. ; *suetum* Blume.
[11] sancto] erasure, perh. *Christe*.
[12] *tui* Neale.

ad inuocandum tuum nomen,[1]
quod nobis est laudabile,

Quem omnis terra metuit
pro tanta magnitudine,
se(qua)mur[2] in tua laude
quod pię, sancte, precipis.[3]

Hymnorum cantus reson(et)[4]
de corda[5] te credentium ;
sequamur tanti[6] gaudii
promissa sancti spiritus.

Clamor in nocte factus est ;
Ihesus ingressus ianuis
euigilantes prouocat
intrare sanctam regiam.[7]

/Gaudet sponsus[8] [f. 169.
uirginum
ingressus in cubicul(o),[9]
ubi corone martirum
refulgent ante dominum.

Mercedem tante glorie
daturus est credentibus ;
quod nobis sitit animus
sic mereamur consequi.

[ALIVS.]

Medium[10] noctis tempus (est),[11]
prophetica uox a(d)monet[12] ;
dicamus laudes domino,
patri semper et filio,
Sancto quoque spiritui,
perfecta enim trinitas,
uniusque substantię,
laudando†[13] semper nobis est.

Medi(e)[14] noctis tempore
pergens uastator angelus
Egipto mortem inferens
diluit primogenita.

Hęc hora iustis salus est,
in quo se uictus[15] angelus
ausus punire non fuit
signum formidans sanguinis.

Egyptus flebat fortiter
tantarum†[16] dira funera ;
solus gaudebat Israhel
agni protect(us)[17] sanguine.

Nos uero Israhel sumus :
letemur in te domine
hostem prosternentes malum
Christi defensi sanguine.

/Medi(ę)[18] noctis tempore [col. 2.
per uocem euangelicam
uenturus sponsus (cred)itur,[19]
regni cęlestis conditor.

Occurrunt[20] sancte uirgines
obuiam tunc aduentui
claras gestantes lampades,
magno letantes gaudio.

Stulte[21] foris remanent que
(ex)tinctas[22] habent lampades ;

[1] *nomen tuum* Blume : he suggests omission of *ad*.
[2] sequamur] erasure.
[3] *poscimus* Lor.
[4] resonet] erasure.
[5] *corde* Blume.
[6] *cuncti* Blume.
[7] so MS., not, as Blume gives, *requiem ; sancta regia* Blume.
[8] pron. *esponsus*.
[9] altered from *cubiculum* (or vice versa ?).
[10] Medium] no rubric but a slightly larger initial.
[11] est] erasure ; *Mediae n. tempore* Blume.
[12] admonet] erasure.
[13] *laudanda* Lor.
[14] mediae] erasure.
[15] i.e. *in quos euictus* Blume ; or perh. *in qua se*.
[16] *tantorum* Blume.
[17] protectus] erasure.
[18] mediae] erasure.
[19] creditur] erasure.
[20] *occurrent* Lor.
[21] *eStultae* Blume ; if the *e* is inserted here and *que* transferred to the next line *e* must be omitted or illided before *stinctas*, but the elision rule seems variable in this hymn, see lines 6, 40.
[22] extinctas] erasure of one letter.

frustra pulsantes ianua( )[1]
clausa iam regni regia( )[2]

Quare uigilemus sobri—
ę stantes†[3] mente splendide
ut aduenientе Ihesu
digni occurramus obuiam.

Medi(ę)[4] noctis tempore
Paulus quoque et Sileas
pro Christo uincti in carcere
laudando resoluti sunt :

Nobis hic mundus carcer est :
Christe resolbe uincula,
nostra relaxa crimina
in te, sancte, credentium.

Dignos nos fac, rex agie,
uenturi regni glorie,
ęternis ut mereamur
te laudibus concinere .

Presta.

/CONPLETORIVM. *Media nocte surgebam ad con- [f. 169.*b.* fitendum tibi super iudicia iustitie tue.*

SECVNDA [FERIA]. *Funes peccatorum circumplexe sunt me domine . et legem tuam non sum oblitus.*

TERTIA. *Deprecatus sum faciem tuam de toto corde meo miserere mei deus.*

QVARTA. *Clamabi ad te domine dixi tu spes mea es portio mea in terra uiuentium.*

QVINTA. *Qui cognoscis omnium occulta a peccato meo munda me.*

SEXTA. *Tempus mici concede ut repeniteam me peccabi miserere mei deus.* Secundum magnam *vsque in locum vbi dicit* iniquitates meas dele miserere mei deus, *et repetit* cor mundum *vsque in finem et dicit* super altare tuum uitulos.

Gloria . et in secula seculorum . amen. miserere . Qui cognoscis. Oremus pium et misericordem dominum nostrum Ihesum Christum cum . Vt nobis emendationem morum et remissionem omnium peccatorum propitius tribuere dignetur.

Oremus dei omnipo[tentis]. Vt frontes nostros sue crucis signaculo muniat et corda nostra spirituali arma[5] custodiat . et fantasma noctium a nobis expellere et effugare dignetur. Oremus. Vt auferat a nobis duritiam et spatium penitendi pretribuere dignetur.

CONPLETORIA. Te deprecamur domine sancte pater ęterne omnipotens deus . ut oleum (prudentie)[6] /in uasis nostris sit . [col. 2. et candela maiestatis tue non extinguatur in cordibus nostris. Vt dum media nocte clamor factus fuerit . ecce sponsus uenit

[1] ianua] erased letter ; *ianuam* Blume.
[2] regia] erased letter ; perh. *clausam . . . regiam*.
[3] *gestantes* is the reading of a contemporary corrector but the text is very unsatisfactory, see Blume.
[4] mediae] erasure.
[5] fem sing. see Ducange.
[6] prudentiae] inserted perhaps by the original hand.

exite obuiam ei . quesumus clementissime deus ut te ueniente in occursum tibi uenire mereamur ( )[1] cum l(a)mpadibus ardentes . pater.

BENEDICTIO. Dominus Ihesus Christus qui est splendor lucis eterne . auferat a mentibus uestris in hac nocte caligine†[2] noctis orriende. Callidi hostis insidias a uobis longe repellat . et angelum lucis custodem semper apponat. Vt in eo tuti ad matutinum†[3] psollemnia consurgatis . in quo omnis plenitudo consistit uestre salutis . amen.

ALIA BENEDICTIO. Benedictionum tuarum domine copiam†[4] ita in nobis (uitiorum omnium fomitem)[5] extinguat . ut ęternitas que sanctis data est /pro laboribus nobis pro officiis [f. 170. tribuatur prę̣s( )entibus.[6] Ibique nostrum[7] repone cursum . ubi agones reputasti sanctorum. Sicque in custodiam nostram nocturnus( )[8] pastor inuigila. ut tenebrarum numquam sentiamus in no(bis)[9] insurgere uiolentia†[10] . amen.

DOMINICALE. Domine Ihesu Christe qui discipulos tuos uigilare et orare sacro oris tui instituisti oraculo . diemque aduentus tui media nocte pullorum cantu ; an mane ueniat ; (et)[11] magno tuo prę̣scientię obtegisti silentio . inmensam pietatem tuam trementes famuli (tui)[12] quesumus et rogamus ut dum ueneris non de peccato nos arguas . sed ineffabili bonitate succurras. Et hic potius humilitatis nostre confessionum et uigiliarum uota suscipias . ut illic et facinora uniuersa indulgeas. /et in dextere tue partem nos coronandos statuas . pater. [col. 2.

BENEDICTIO. Christe deus noster qui es auctor ( )[13] et inspirator omnium uirtutum . clementer nos quę̣sumus (eluas)[14] ab omn(i) fomit(e)[15] uitiorum. Atque oleum prudentię sic in uasis conseruemus conscientię . ut te opitulante cum bonorum operum lampadibus future meream(ur) interesse letitie. Quo ita nunc uigiliarum et orationum nostrarum ratum tibi efficias uotum. ut in aduentu glorie tuę non puniamur propter copiam criminum . sed cum sanctis regnum possideamus ęternum.

Deinde incipis has miserationes canere. *Miserere domine miserere nobis tibi soli peccabimus indulge nobis rogamus . mise.

[1] apparently a short erasure after *mereamur*, with *obantes* written in in a later hand. *ibid.* lampadibus] *a* on erasure.
[2] read *caliginem*.
[3] read *matutina*.
[4] read *copia*.
[5] uitiorum...fomitem] on erasure but probably in original hand.
[6] presentibus] erasure.
[7] nostrum] interlined.
[8] short erasure.
[9] nobis] erasure.
[10] read *uiolentiam*.
[11] et] interlined.
[12] tui] on erasure.
[13] erasure of three or four letters.
[14] eluas] on erasure.
[15] omni fomite] erasures.

Lapsi sumus grabiter in peccatis magnis ueniam precamur Christe parce nostris delictis.

Scelus flemus admissum non reddas ut meremur pater pie dele noxa et errata relaxa. K[YRIE.]

Penitentibus reis conuersis religiosis cor contritis*[1] /et [f. 170.*b.* elisis iam succurre rex celestis. K[YRIE.]

Pauperibus egenis iterantibus naufragis lapsis uiduis pupillis iam succurre rex celestis. K[YRIE.]

Peregrinis oppressis dispersis et captiuis uinctis egris et defunctis iam sucur[re]. K[YRIE.]

Qui(d)[2] est homo domine ut in ei†[3] indigneris aut genus corruptiuile ut ita amariceris de ipso. K[YRIE.]

Nemo de genitis est qui non impie gessit nec de confidentibus qui tibi non deliquid. K[YRIE.]

In hoc nuntiabitur bonitas tua deus quum misertus fueris iniquitatibus nostris. K[YRIE.]

Si peccabimus in te tui sumus Christe expectantes domine misericordiam tuam. K[YRIE.]

ORATIO. Miserere nobis domine miserere (nobis)[4] et pupillis atque egenis elisis seu peregrinis (lapsis ac mestis)[5] solamen adtribuę clemens . oppressos releua dispersos congrega captiuos reuoca infirmos uisita . penitentibus reisque dele crimina . et uniuersis Christianis congrua largire subsidia . iterantibus et uinctis seu fidelibus cunctis . sospitatem animarum . et /corporum adcumula . innumerosa nostra [col. 2. dele scelera et propter magnam misericordiam tuam defunctis (omnibus fidelibus requiem sempiternam)[6] propitius dona.[7]

ITEM ORDO AD NOCTVRNUM IN RESVRRECTIONE DOMINI.

A primo die pasce vsque ad penteco(s)ten[8] *vel omnibus diebus dominicis extra quadragesima in hoc modo cum antiphona et versibus ac psalmis subter adnixis coniunctis nocturnum initiabis ad vice*†[9] *canonicorum psalmorum.*

ANTIPHONA. *Reple deus gaudio os nostrum et lingua† nostra†[10] exultatione.* ITEM *Versus.*[11] Reple[12] deus. Saluos nos

[1] the neums afier this are not inserted.
[2] quid] erasure.
[3] read *eo.*
[4] nobis] on erasure.
[5] lapsis ac maestis] on erasure, partly in red.
[6] omnibus...sempiternam] on erasure.
[7] dona] Interlined *Quia multe pietatis es deus noster uibis et gloriasis† in secula seculorum. amen.*
[8] *s* interlined.
[9] read *uicem.*
[10] read *linguam nostram.*
[11] *Versus*] possibly inserted.
[12] neums omitted.

fac domine deus noster et congrega nos de nationibus. Reple. Vt confiteamur nomini sancto sancto†[1] tuo et gloriemur in laude tua. Reple deus. Benedictus dominus deus Israhel a seculo et usque in seculum. Reple. (Et dicit omnis populus.)[2] Gloria. Reple. PSALMVS XLVI. Omnes gentes . *totum* LXXXXVIII. Iubilate deo . *totum.* CXVI. Laudate dominum omnes. Gloria et honor. Omnes gentes. Sicut erat. Iubilate. Laudate dominum omnes gentes et conlaudate eum omnes populi.

ORATIO. Reple deus gaudio os nostrum et lingua† nostra†[3] exultatione locupleta . ut qui in lacrimis seminamus uerbum uite . /metamus in gaudio fru( )tus[4] iustitię. amen. [f. 171.

ALIA. Repletum est domine gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione Ihesu Christi filii tui domini nostri et mortem carnis et gloriam resurrectionis fide integra predicamus . da igitur nobis ut gaudium predicationis huius ita in corde nostro fructificet . ut numquam permittamur diaboli laqueis insectiri. amen.

ALIA. Te laudant domine omnes gentes teque fideles conlaudant populi. Tua (ergo)[5] super nos firmetur misericordia manifesta . tuaque in nobis ueritas maneat incorrupta.

In diebus vero dominicis seu festivitatibus responsuria alleluiatica decantentur. Alio quoque tempore qui sequuntur in ordine. Cantici vero diebus dominicis dicendi sunt hii de evangelio. Hunc dicunt.†[6] Magnificat ani[ma]. Nunc dimittis serbum. Benedictus dominus deus Israhel. *In festivitatibus vero aliis dicuntur consonantes tam de sanctis quam de uno iusto sive de virginibus. Et ita de adventu domini et quadragesime atque de resurrectione domini vel unde celebrantur dicant canticos. Et in cotidiano ita fiet. Per*†[7] *una quoque missa . tres psalmi recitentur quorum fuerit*†[8] *repetita loca . et responsuria subter notata.*

/ITEM RESPONSVRIA DE NOCTVRNIS [col. 2. DOMINICALES.

PSALMVS. *Alleluia deduc me per semitam mandatorum tuorum quia ipsam uolui alleluia.** *Versus.* *Legem pone mici domine uiam iustitie tue et exquiram eam semper . quia.*

[1] *sancto* repeated.
[2] et dicit omn. pop.] interlined ; it is not quite clear where it is meant to come in.
[3] read *linguam nostram.* [4] fructus] erasure.
[5] ergo] interlined, later hand.
[6] possibly for *Haec dicit* [*dominus vox in excelso*], if that canticle may be said to be in some sense De evangelio.
[7] read *pro una quaque* ? [8] read *fuerint* ?.

PSALMVS. *Ne memor fueris deus iniquitates nostras antiquas alleluia alleluia.* *Versus.* *Ne irascaris domine (nimis)[1] et ne ultra memineris iniqui[tates].*

PSALMVS. *Alleluia misericordia mea alleluia refugium meum alleluia susceptor meus et liberator meus es tu deus meus alleluia.* *Versus.* *Diligam te domine uirtus mea dominus firmamentum meum et refugium meum . et li[berator].*

PSALMVS. *Alleluia uide humilitatem meam et miserere mei alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Viam iniquitatis amobe a me et de lege tua . et mise[rere].*

PSALMVS. *Congrega domine dispersionem nostram et liuera nos manu tua . alleluia.* *Versus.* *Qui das [f. 171.*b.*] salutem regibus et liueras Dauid seruum tuum de gladio maligno . libe[ra].*

PSALMVS. *Omnibus querentibus gratiam non negabo pacem dicit dominus et diligentibus nomen meum dabo uitam et regnum alleluia alleluia.* *Versus.* Omnis enim qui petit accipit et qui querit inuenit . ui[tam].*

PSALMVS. Benedictus dominus in eternum alleluia fiat fiat alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum . fiat.*

PSALMVS. *In[2] omni loco oculi dei speculantur bonos et malos medicina lingue arbor uite est alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos et lingua eloquens . arbor.*

PSALMVS. *Misericordiam et iudicium cantabo tibi alleluia.* *Versus.* *Perambulabam in innocentiam cordis mei in medio domus tue . can[tabo].*

PSALMVS. *Alleluia iudica iudicium meum deus et [col. 2. redime me alleluia alleluia.* *Versus.* *Vide humilitatem meam et laborem meum (domine)[3] et dimitte omnia peccata mea . et re[dime].*

PSALMVS. Adiuba[4] domine sperantes in te et qui in te credunt non derelinquas alleluia alleluia alleluia. *Versus.* Adiuba nos deus salutaris noster spes omnium finium terre . et qui.

PSALMVS. *Funes peccatorum circumplexe sunt me domine et legis tue non sum oblitus deus meus quia semper ipsam dilexi

[1] nimis] on erasure.
[2] In omni] in the marg. here with neums **Alleluia.**
[3] domine] interlined.
[4] Adiuua] Neums omitted here.

alleluia.* *Versus.* *Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio mea est*. quia.

PSALMVS. *Letor ego super eloquia tua alleluia sicut qui inuenit spolia multa alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* *Magnificat anima mea dominum et exultabit spiritus meus in deo salutari meo . sicut.*

/PSALMVS. *Auxilium meum a dono†[1] qui fecit [f. 172. celum et terram alleluia.* *Versus.* *Leuabi oculos meos ad montes unde ueniet auxilium mici . a do[mino].*

PSALMVS. Repleatur os meum deus laude tua ut possim cantare alleluia alleluia.* *Versus.* *Vide humilitatem meam et laborem meum domine et dimitte omnia peccata mea . ut.*

ITEM DOMINICALES QVADRAGESIME.

PSALMVS. *Suspiro[2] ego et gemeo et quasi inundantes aque sic rugitus meus . quia timor quem timebam euenit mici et quod uerebar accidit nonne dissimulabi nonne silui et quiebi et uenit super me indignatio.* *Versus.* *Ve misero mici quoniam addidit dominus dolorem dolori meo lauorabi in gemitu meo et requiem non inueni . quia.*

PSALMVS. *Scio domine quia nicil[3] in terra sine causa quia homo nascitur ad laborem et auis ad /uolandum.* [col. 2. *Versus.* *Ego uero deprecabor dominum et ad deum meum ponam eloquium meum*. quia.

PSALMVS. *Si appenderentur[4] peccata mea quibus iram merui et calamitates quas patiar† in statera . quasi arena maris grauiora apparere(nt)[5] unde et uerba mea dolore sunt plena.* *Versus.* *Quia sagitte domini in me sunt quarum indignatio euiuit spiritus† meus† et terrores domini militant contra me . unde .*

PSALMVS. *Que est enim domine fortitudo mea ut mala sustineam aut quis finis meus ut patienter agam.* *Versus.* *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea nec caro mea enea est . ut pa[tienter].*

PSALMVS. *Quis mici det ut ueniat ad deum oratio[6] mea et quod expeto tribuat . mici dominus quia que prius tangere nolebat anima mea nunc pre angustia ciui mei sunt.* *Versus.* *Quis mici tribuat ut qui cepit ipse me conterat solbat manum

[1] read *domino*.
[2] Suspiro] Job iii. 24–26.
[3] Nihil in terra] Job v. 6–8.
[4] Si appenderentur] Job vi. 2–4, 11, 12, 8, 7, 9, 10.
[5] apparerent] *nt* inserted.
[6] oratio] in marg. **petitio mea.**

suam et succidat me /et hec mici sit consolatio . et [f. 172. quod.*

PSALMVS. *Ecce ego[1] plorans et oculus meus deducens aquam quia longe factus est a me consolator meus conuertens animam meam.* *Versus.* *Deducant oculi mei lacrimas per diem et noctem et non taceant . quia.*

LECTIO[2] LIBRI IHEREMIE PROPHETE. Hec dicit dominus. Consurge et lauda in nocte (et)[3] in principio uigiliarum tuarum. Effunde sicut aqua cor tuum in conspectu domini dei tui. Leua ad deum manus tuas . et miserebitur tui ayt dominus omnipotens . amen.

EPISTOLA[4] PAVLI APOSTOLI AD CORINTIOS PRIMA. Fratres uigilate et orate et state in fide uiriliter agite et confortamini . omnia uestra in karitate fiant . et deus pacis et dilectionis erit uobiscum (in Christo Ihesu domino nostro . amen).[5]

/LAVDES. *Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. [col. 2. Labia mea laudabunt te domine . alleluia. Sic benedicam te in uita mea . alle. ( )t[6] in nomine tuo leuabo manus meas.*

DE QVADRAGESIMA.

[.][7] *Laus tibi laus tibi domine rex eterne glorie. Viuit anima mea deus et laudabit te . rex. Et iudicia tua adiuuabunt me . rex.*

YMNVS.

Primo dierum omnium
quo mundus extat conditus,
uel quo resurgens condit(u)r†[8]
nos morte uicta liberans.†[9]

Pulsis procul torporibus
surgamus omnes ocius
et nocte quęramus pium,
sicut prophetam nobimus,

Nostras preces ut audiat
suamque dextram porrigat,
ut hic piatos sordibus
reddat polorum sedibus.

Vt qui( )que[10] sacratissimo
huius diei tempore
horis quieti(s)[11] psallimus
donis beatis muneret.

Iam nunc paterna claritas
te postulamus affatim,
absit /liuido sordidans [f. 173.
omnisque actus noxios,†[12]

[1] ego plorans] Lam. i. 16.
[2] Consurge] Lam. ii. 19, Vulg.
[3] et] interlined.
[4] Fratres] 1 Cor. xvi. 13, Vulg.
[5] in Christo—amen] inserted, first two words on short erasure.
[6] Blank initial, *et* inserted later.
[7] see note 16, p. 297. Cf. Migne lxxxvi. 949.
[8] altered to *conditor*.
[9] read *liberat*.
[10] quique] erasure.
[11] quietis] *s* interlined.
[12] *noxius* Lor.

Ne ieda sit uel lubrica
compago nostri corporis,
per quem†[1] auerni ignibus
ipsi crememur acrius.

Ob hoc redem(p)tor[2] quęsumus,
ut probra nostra diluas,
uite perennis commoda
nobis benign(us)[3] conferas.

Quo carnis actu exules
effecti ipsi cęlibes
( )ut[4] prestolan(tes)[4] cernui
melos canamus glorie.

PSALMVS. *Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum et laudabile et gloriosum in secula. Benedictus es in templo sancto glorie tue qui uides abissos sedes super cerubin supra sedem regni tui in firmamento celi et laudabilis et gloriosus in secula amen.*

CONPLETORIVM. *Clamor noster ad te perueniat domine. Parce et miserere /quia peccabimus tibi. [col. 2.

Non secundum peccata nostra facias nobis deus neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Sed secundum multitudinem miserationum tuarum miserere nobis.

Laqueus conteratur et nos liberemur adiutorium nostrum in nomine domini.

Nocte cum corde meo meditabar inquietabam spiritum meum et dixi non in ęternum repellas deus.

Domine dic anime meę salus tua ego sum.

Domine deus salutis meę per diem clamabi et nocte coram te.

Intret oratio mea in conspectu tuo.

Inclina aurem tuam ad precem meam domine.

Cito nos pręueniat misericordia tua domine.*

VERSVS. *Fiat misericordia tua domine super nos sicut sperabimus in te.

Propitius esto iniquitatibus nostris et sana domine langores nostros.

Mitte manum tuam de alto et liuera nos domine. Spe[5] sola clamamus /miseratione tua Christe saluemur. [f. 173.*b*.

Parce precor iam deus parce precor reis contere bella et amobe plaga.†[6]

Miserere nobis deus miserere nobis propitius esto peccatoribus nobis.

Respiciat nos domine misericordia tua ut securi seruiamus tibi.

Presta deus sancte pater omnipotens in manu forti et bracio

[1] *que* Lor.
[2] redemptor] *p* interlined.
[3] altered to *benigne*.
[4] Aut *and* praestolantes] erasures.
[5] perh. *spes*.
[6] read *plagam*.

exelso saluum fac domine plebem tuam. Exaudi domine. Placare domine. Auerte domine iracundiam tuam a nobis.*

OREMVS. Vt nobis spiritualis gracie incrementum remissionem criminum . commoditatem aerum . sospitatem animarum et corporum . pacis commodum . tranquillitatem temporum . fidei sancte catholice complementum et requiem fidelium defunctorum pius tribuere dignetur.

COMPLETORIA. Domine Ihesu Christe qui nocturnis horis in laudibus tuam misericordiam laudant . quique de totis precordiis maiestatem tuam ut eis parcas inplorant benignus concede quę postulant. (Vt et)[1] tibi placeant corda eorum spiritu sancto /inlumina. (pater.)[2] [col. 2.

BENEDICTIO. Dominus Ihesus Christus qui est lux uera et claritas sempiterna (uos in his horis nocturnis)[3] ymni(di)cantes[4] custodiat . organum labiorum uestrorum dulc(e)[5] modulatione adimpleat . et pectori uestro (id)[6] tribuat quod obtatis. Vt eius benedictionibus prediti matutinum carmen (possitis indefesse concinere. amen.)[7]

Deus miserere. Deus miserere. Deus miserere. Infirmis (oppressis dispersis) et captibis cito succurre Christe deus. Orfanis et uiduis egenis et peregrinis cito succurre Christe deus. Errantibus uagantibus iterantibus et tribulatis cito succurre Christe. deus.

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis (et[8] quia ad te confitendum ę cubilibus nostris (s)urgentes[9] prosternimu(s)† .[10] tibi enim pro nostrorum inmanitates[11] scelerum . uigiliarum obsequia exibemus /crimina publicamus pręcum libam(en)[12] [f. 174. effundimus gemitus internos cum suspiria producimus . et a sola pietatis tuę clementia ueniam speramus. Vt quum misericordia a te nostro demto mole facinorum . perducere nos elutos digneris in regione ui(bentium).[13] amen.

ORDO AD CELEBRANDVM NOCTVRNVM.

[ ][14] *Venite adoremus et procidamus ante deum et ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster nos autem populus eius et oues gregis eius.* *Versus.* Domine labia mea aperies et os meum annuntiabit

[1] erasure ; read *et ut*.
[2] pater] on longer erasure.
[3] uos...nocturnis] on shorter erasure.
[4] originally *ymnificantes*.
[5] dulce] erasure.
[6] id] inserted ; erasure before *tribuat*.
[7] possitis...amen] on erasure.
[8] et] inserted.
[9] surgentes] *s* on erasure.
[10] prosternimus] *s* altered from *r*.
[11] read *inmanitate*.
[12] libamen] erasure.
[13] uiuentium] erasure.
[14] see note 16, p. 297.

laudem tuam. II.[1] Domine labia. Gloria. III.[1] Domine labia. *Deinde psalmum.* Domine quid multipli[casti]. Miserere mei deus secundum mag. Miserere mei deus miserere mei. Gloria. Domini est salus. Sicut erat. Miserere mei deus secun[dum]. Miserere mei deus mise[rere].

ORATIO. Miserator domine secundum multam et magnam misericordiam tuam nobis propitius miserere. Vt quorum te non latent occulta . his de te confidentibus /donetur [col. 2. indulgentia et misericordia manifesta. Quique pro admissis interno rugitu gemimus . et pro (remissionem nostrorum)[2] criminum suspiramus non nos a facie tua proicias . sed tibi solita pietate ad indulgentie portam adducas. amen.

ALIA. Deus dei filius Ihesu Christe qui cum deo patre et spiritu sancto unus deus crederis et fateris . exurge et saluam facias plebem tuam quam pretioso sanguine redemisti ab inferis . aperi igitur labia nostra ad annuntiandam deus laudem tuam . et quia in te (deum)[3] confidimus . et in tua misericordia speramus . fac nos quesumus piissime deus ut dum uiuimus . sic nos spiritus sanctus uias tuas doceat ; ut post obitum nostrum nos uite ęterne participes facias . ut quum nouissimus dies aduenerit . non cum impiis /et peccatoribus ( )[4]puniamur . sed in gaudio [f. 174.*b.* ęterno tecum sine fine uiuere gratulemur.

ORDO AD NOCTVRNOS INFRA EBDOMADA.

II. FERIA.

PSALMVS. *In lege domini meditemur die ac nocte.* *Versus.* *Venite filii audite me timorem domini docebo uos. die.*

PSALMVS. *Adprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus.* *Versus.* *Seruite domino in timore et exultate ei cum tremore. ne*.

PSALMVS. *Tu domine susceptor meus es.* *Versus.* *Misericordia mea et refugium meum. su[sceptor].*

PSALMVS. *Miserere mei deus et exaudi orationem meam.* *Versus.* *Inclina domine aurem tuam.* et ex[audi].

[1] i.e. *iterum*, *tertio?*
[2] remissionem nostrorum] inserted on erasure of two or three letters only.
[3] deum] interlined.
[4] erasure of about two letters.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

YMNVS.

Tu trinitatis unitas,
orbem potenter qui regis,
adtende laudum cantica
qua†[1] excubantes psallimus.

Nam lectulo consurgimus.
noctis /quieto tempore, [col. 2.
ut flagitemus uulnerum
(ad)[2] te medellam omnium.

Quo fraude quicquid demonum
in noctibus deliquimus
abstergat illud cęlitus
tu(a)[3] potestas glorię.

Ne(c)[4] corpus adsit sordidum,
ne(c)[4] torpor instet cordium,
et[5] criminis contagio
tepescat ardor spiritus.

Obhoc redem(p)tor[6] quesumus
reple tuo nos lumine,
(per)[7] quo(d)[7] dierum circulis
nullis ruamu(r)[8] ( )actibus.[8]

CONPLETORIA. Noctis huius spati(o)[9] quiescentes peregimus te adiubante domine (ut)[10] ad diem tuum clarum sine macula peruenire mereamur obtamus . placeat ergo tibi domine Ihesu Christe uigilia nostra . ut possimus salui effici per misericordiam tuam. pater.

BENEDICTIO. Lux ueritatis dominus Ihesus Christus tetrę noctis errorem /a cordibus uestris expellat . et [f. 175. sapientię suę conplementum corda uestra inluminet. Piaculis expiemini et eo miserante . ab astu hostis pestiferis†[11] eruamini ut eius dextere protectione uallati ( )[12] matutinum (ymnum cum)[12] clara uoce proferre ualeatis. amen.

*Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere.

Tu sana infirmos reuoca captiuos collige dispersos subueni oppressis succurre defunctis . deus mi[serere].*

ORATIO. Miserere quesumus domine rogantibus nobis . qui propitius respicis in aduersis . et qui disperatis cor penitens tribuis . a confessionibus nostris nullo modo auertaris. Ergo qui a[13] contriti cordis placaris sacrificium . tribuę nobis hoc tibi offerri†[14] quod precipis et mereri indulgentiam quam promittis. amen.

III FERIA.

PSALMVS. *Intell(e)ge[15] clamorem meum deus meus.* *Versus.* *Intende uoci orationis mee . deu[s].*

[1] *quae* Dreves.
[2] ad] on erasure ; *a* Dreves.
[3] tua] *a* on erasure ; *tuae* Dreves.
[4–4] nec, nec] *c* interlined.
[5] et] *nec* Dreves.
[6] redemptor] *p* interlined.
[7] per] inserted. *quo* altered to *quod*, erasure after *quod*.
[8] ruamur] *r* altered from *s* ; one letter erased before *actibus*.
[9] spatio] erased *a* ?
[10] ut] inserted.
[11] read *pestiferi*.
[12] short erasure before *matutinum* ; *ymnum cum* interlined after.
[13] *quia...sacrificio* Férotin, but against his MS. A.
[14] read *offerre*.
[15] intellege] erasure.

PSALMVS. *Infirmus sum sana me domine.* *Versus.* *Quoniam turbata sunt ossa mea et anima mea turbata est ualde. sa[na].*

PSALMVS. *Confitebor domino qui saluos facit rectos corde.* *Versus.* *Et psallam nomini domini altissimi. qui.*

PSALMVS. *Quam admirabile est nomen tuum domine in uniuersa terra.* *Versus.* *Ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem. in uni[uersa].*

YMNVS.

Summe deus clementię
mundique factor macine,
unus potentialiter
trinusque personaliter,

Nostros pius cum canticis
fletus benigne suscipe,
quo corda[1] pura sordibus
teper† fruamur largius.

Lumbos iecurque morbidum
adure ign(i)[2] congruo,
accincti ut sint perpetim
( )luxu[3] remoto pessimo.

Vt quique horas noctium
/nunc concinendo rupi- [f. 175.*b.*
mus
donis beate patrię
ditemur omnes affatim. Presta.

CONPLETORIA. Deus qui nocturnis horis nos suscitare†[4] iussisti ad referendum nomini tuo laudationis officium in confessione mirabilium et pręceptorum tuorum . descendat( )[5] super nos gratie†[6] misericordie (tuę)[7] domini nostri Ihesu Christi qui[8] nos insensibili (arte)[9] mire pietatis emendet Et licet( )[10] peccatorum nostrorum numerositas nulla possit satisfactione pensari . tu tamen (domine)[11] qui es cecorum lumen ; errantium uia ; resurrectio mortuorum . respectu clementię tuę (conscientię)[12] nostre tenebras inlumina . peccantes ad penitentiam conuerte . pęnitentibus ueniam prom(p)t(a) que intersit[13] (semper)[14] tua ( )[15] miseratione /largire . pater. [col. 2.

BENEDICTIO. Domine Ihesu Christe qui se tibi humiliant . per te erigantur. Qui sanctorum tuorum benedictionem desiderant . tuam misericordiam in omnibus consequantur. Atque humiliata tibi omnium capita . dextere tuę benedic(tionis† sanctifica. amen.)[16]

[1] *corde puro...te perfruamur* Dreves.
[2] igni] *i* altered to *c*.
[3] luxu] *f* erased.
[4] *i.e. suscitari.*
[5] erasure of three or four letters.
[6] read *gratia*?
[7] tuae] interlined.
[8] read *quae*?
[9] arte] on erasure.
[10] erasure of *pietatis*.
[11] domine] interlined.
[12] conscientiae] inserted.
[13] prompta] *p* interlined and *m* sign over *a* erased ; perh. *promptam quae in te sit* (Mr. Bannister's suggestion).
[14] semper] inserted.
[15] erasure of *semper*?
[16] erasure ; read *benedictione*?

*Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere.

Tu sana infirmos reuoca captiuos collige dispersos subueni oppressis succurre defunctis deus pater celestis . deus.*

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis et unde nos erubescimus tu indulge . et ea que egisse nos penitet tu clementer ignosce. amen.

IIII. FERIA.

PSALMVS. *Mirifica domine misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te.* *Versus.* *Custodi nos /domine [f. 176. ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege nos . qui.*

PSALMVS. *Non timebo mala domine quoniam tu mecum es.* *Versus.* *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt . quo[niam].*

PSALMVS. *Benedicam domino in omni tempore semper laus eius in ore meo.* *Versus.* *In domino laudabitur anima mea audient mansueti et letentur . semper.*

PSALMVS. *Adiutor et liberator meus es tu deus meus.* *Versus.* *Exaudi orationem meam et deprecationem meam. deus.*

YMNVS.

Tu rex redem(p)tor[1] omnium,
qui cuncta quę creata sunt
certis in ęuum legibus
disponis atque ordinas,

Nocturnis horis surgimus,
actos[2] iniquos pandimus,
nostrique horis[3] organum
te laudat ymnis dulcibus ;

Vt turba quicque[4] demonum
corrupit astu proprio
/parcendo cures omnia [col. 2.
et dona uitę conferas ;

Ne ipsa plebs nequissima,
autrixque cuncti criminis,
nos ad perenne incendium
secum cremandos adtraat.

At nunc gementes poscimus
tuam deus potentiam,
ut nos ab omni liberos
reddas cito piaculo.

CONPLETORIA. Splendor (indeficiens lucis eterne aufer)[5] a nobis tenebras noctis orrende . et spem†[6] sine macula d(ei maiestatis diuine feditatem nostre prauitatis absterge. Vt imago bonitatis diuine similitudinem in nobis reformet dignitatis

[1] redemptor] *p* interlined.
[2] i.e. *actus*.
[3] i.e. *oris*.
[4] quidque] altered to *quicquid* ; *quodque* Lor.
[5–5] bracketed words on shorter erasure, in much paler ink.
[6] perh. *species* ?

antique.) Vt quod in te proprium origo (ser)uabit[5], in nobis redem(p)tio[1] indulta restituat. pater.

BENEDICTIO. Deus spei. repleat uos omni gaudio (spirituali).[2] deus pacis. fecundet uos fructibus fidei. ut habundetis in spe et uirtute spiritus sancti.

*Deus miserere deus miserere deus miserere miserere nobis pro peccatis nostris /infirmis oppressis dispersis captiuis [f. 176.*b.* defunctis fidelis tu cito succurre deus pater celestis. deus.*

ORATIO. Miseriis afflicti et conturbati te quesumus domine. ut nos in ira tua ęternę ultionis damnatione non arguas. nec futuro iudicio puniendos. in tuo nos furore corripiat. sed iniquitatum nostrarum honus graue quod nos deprim(e)t[3] subleues et desideria nostra profusius. in bonis adcumules. amen.

V. FERIA.

PSALMVS. *Cor mundum crea in me deus.* *Versus.* *Spiritum rectum innoba . in me.*

PSALMVS. *Benigne fac domine in bona uolumtate tua Sion.* *Versus.* *Vt edificentur muri Iherusalem . in bo[na].*

PSALMVS. *In te confidit anima mea deus donec transeat iniquitas.* *Versus.* *Et in umbra alarum tuarum sperabo deus. donec.*

PSALMVS. *Spes nostra in deo est et ipse /adiuuabit [col. 2. nos.* *Versus.* *Sperate in eum omnis conuentus plebis mee et effundite coram illo corda uestra. et ipse.*

YMNVS.

Somno refectis artubus
spreto( )[4] cubili surgimus.
nobis pater canent(ibus)[5]
adesse te deposcimus.

Te lingua primum concina(n)t,†[6]
te mentis ardor ambiat,
ut actuum sequentium
tu sancte sis exordium.

Cędant tenebrę lumini
et nox diurno sideri,
ut culpa quam nox intulit
lucis labescat munere.

Precamur idem supplices
noxas ut omnes amputes,
et or(a)†[7] te canentium
lauderis in perpetuum. amen.*

[1] redemptio] *p* interlined.
[2] spirituali] inserted apparently in the same hand as the preceding corrections.
[3] deprimet] *e* altered from *a*?
[4] spreto] erased letter.
[5] canentibus] erasure.
[6] concinat] *n* mark added.
[7] ora] *a* on erasure; *ore*?

COMPLETORIA. Deus qui nocturni temporis horas discutis . omnia inradia(n)s[1] . uniuersaque inlustras . ut populus noctem erroris transiret . et fidelium inf(ideli)†[2] totius euinceret . quem ita fulgentem atque sanantem nec tenebras comprehen- [f. 177. derunt . ipse quesumus cor nostrum ad te agnoscendum accendas . et os nostrum ad te (iugiter lau)dandum[3] aperias . quo( )†[4] in sempiternum omnipotens regnas . pater.

BENEDICTIO. Benedic domine hanc familiam tuam . qui se inclina(nt)[5] sub potenti( )[6] dexterę tuę . (amen.)[7] Benedictionem quam desiderant consequantur . ut sine offens(ione dignum nomini tuo exibeant famulatum . ut)[8] cursum consument†[9] sine ullis maculis delictorum . ( )[10] superent in bonis ( )actibus[11] inimicum . amen.

Deus miserere miserere miserere miserere miserere plebi tue miserere miserere cunctis.[12]

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis quia tanta est misericordia tua super nos tamdiu nos patiaris errantes donec lapsos erigas ad salutem . et confidentes /perducas ad [col. 2. requiem . amen.

VI. FERIA.

PSALMVS. *Misereatur nobis et benedicat nos deus.* *Versus.* *Inluminet dominus uultum suum super nos . et be[nedicat].*

PSALMVS. *De die in die benedictus dominus.* *Versus.* *Deus Israhel ipse dabit uirtutem et fortitudinem plebi sue . bene[dictus].*

PSALMVS. *Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua.* *Versus.* *Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me . quo[niam].*

PSALMVS. *Ad adiubandum me festina domine ad liuerandum me ne tardaberis.* *Versus.* *Deus in adiutorium meum tu intende domine* . ad li[berandum].*

[1] inradias] *n* perhaps inserted.
[2] infideli] erasure ; I am at a loss for an emendation.
[3] erasure.
[4] read *qui*.
[5] inclinant] erasure.
[6] potenti] one letter erased (a ?).
[7] amen] interlined later.
[8] offensione...famulatum] on erasure ; *ut* is interlined over the second *sine* but probably intended to come here.
[9] read *consumant* ?
[10] erasure of about three letters.
[11] erasure of *h* ?
[12] In the bottom margin of ff. 176*b*, 177 is the line **Tu in terra dona pacem iustitie et ueritatem in populis karitatem in fratribus unitatem tu Christe redemptor. deus miserere.**

Ymnvs.

Consors paterni luminis,
lux ipse lucis et dies,
noctem canendo rupimus,
adsiste postulantibus.

Aufer( )[1] tenebras mentium,
fuga (c)aterbas[2] demonum,
expelle somnulentia[3]
ne pigritates†[4] obruat.

Sic Christe nobis omnibus
indulgeas credentibus,
ut prosit exorantibus
quod prę̨ci(n)entes[5] psallimus.

Presta.

/Conpletoria. Saluator noster et domine qui mitis [f. 177.*b.* et iustus omnia sanare uenisti ab insania (nocturni inimici nos libera . et insania† cordis nostri celesti)[6] medicin(ę̨)[7] infusione depelle . ut simus mansueti quibus tu gubernator adsistas rectosque ( )[8]facias ut te pręsiden( )te[9] et ab omni iniquitate morbo sanemur et cursu praui itineris reducamur . ut per te qui uia es . ad te peruenire qui uita es mereamur . pater.

Benedictio. Custodiat uos omnipotens dominus et propitius benedicere dignetur. Misereatur uestri dominus . et sit uobis semper ubique placatus. Det uobis dominus salutem et pacem . et uultus sui uos claritate inlustret . amen.

Deus miserere nobis deus miserere nobis miserere miserere Christe miserere cunctis. Tu medellam da infirmis consolationem mestis redde patriam captiuis et da requiem defunctis . deus.

/Oratio. Miserere nobis domine ne nobis peccatorum [col. 2. infirmitas sempiternam afferat mortem. Sana nos domine ut anima turbata per culpa† . sit tranquilla per gratiam . infunde medicinam egrotis . et ueniam presta nostris delictis . amen.

Sabbato.

Psalmvs. *Domine deus uirtutum beatus homo qui sperat in te.* *Versus.* *Quam amabilia sunt tabernacula tua domine deus uirtutum . beatus.*

Psalmvs. *Qui respicis in terram et facis eam tremere miserere nobis domine.* *Versus.* *Ad te leuamus oculos nostros qui hauitas in celis . mise[rere].*

[1] aufer] erasure.
[2] cateruas] *c* on erasure.
[3] *somnolentiam* ?
[4] *pigritantes* Lor.
[5] praecinentes] *n* interlined.
[6] erasure ; *nocturni...insania* originally omitted ; read *insaniam*.
[7] medicinae] erasure.
[8] rectosque] erasure of a letter.
[9] *n* altered from *m* ?

PSALMVS. *Viuit anima mea deus et laudabit te.* *Versus.* *Errabi sicut ouis qui perierat quere seruum tuum deus . et lau[dabit].*

PSALMVS. *Adiutorium nostrum in nomine domini.* *Versus.* Laqueus contritus est et nos liberati sumus . in.*

Gloria et honor patri et filio et spi/ritui sancto in [f. 178. secula seculorum . amen.

YMNVS.

Rerum creator obtime
rectorque (noster respice),[1]
nos a (qui)ete[2] noxia
merso sopore libera.

Mentes manusque tollimus ;
propheta sic in noctibus
nobis gerendum precipit,
Paul(us)que[4] gestis censuit.

T(e sancte Christe)[3] poscimus,
ignosce tu criminibus,
ad confitendum surgimus
morasque noctis rupimus.

Vides malum quod gessimus,
occulta nostra pandimus,
prẹces gementes fundimus ;
dimitte quod peccabimus.

CONPLETORIA. Surgent(ibus)[5] ę cubilibus nostris omnipotens deus protectio dexterę tuę inuocata adsistat . illu(d)que[6] post ( )o( )tium quo (altus)[7] sopor occupata in oblibione ( ) uigoris (sui)[8] membra dissolbit prima se tibi opera repręsentet . te ante omnia sensus ( )apiant[9] te aspiciant oculi a quo aperiuntur ut uideant . in Christi (tui)[10] nomine /oris [col. 2. ti(bi)[11] in orationem† genua melius corrigenda flectantur . Totumque hoc tibi homo deputet quod aget . a quo co(d)tidie[12] recipit (pro)[13] quo( )[13] agit . et hoc sit sui operis ut te laudet . in quo tui est muneris ditet†[14] quod resurgit . pater.

BENEDICTIO. Orationem uestram dominus dignanter intendat . et remedia uobis oportuna restituat. Tranquillam uobis conferat uitam . et in bonis omnibus habundare uos faciat. Talemque†[15] uos dominus subsidio pietatis regat in seculo . ut beatitudinis meritum substollat in celum.

*Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere. Tu sana infirmos reuoca captiuos

[1] noster respice] on erasure.
[2] quiete] erasure.
[3] Te sancte Christe] erasure.
[4] Paulus] erasure.
[5] surgentibus] erasure.
[6] illud...otium] erasures.
[7] altus] inserted.
[8] erasure before *uigoris* ; *sui* interlined after.
[9] capiant] erasure.
[10] tui] inserted.
[11] tibi] erasure ; read *oratione.*
[12] cotidie] *d* interlined.
[13] pro] interlined ; erasure after *quo.*
[14] possibly *ut dites quod resurgat.*
[15] read *tali* (*tale ?*)

collige dispersos subueni oppressos† succurre defunctis deus pater celestis . deus mi[serere].*

ORATIO. Miseriis afflicti et conturbati.[1]

/ORDO POST NOCTVRNOS. [f. 178.*b*.

His expletis xii. psalmis ante matutinum Versus. In matutinis meditabor in te domine quia factus es adiutor meus. In matutinis. *Laudes.* In matuti. *Deinde psalmi qui sequuntur in ordine. Deinde Laudes.*

*(Alleluia)[2] Alleluia alleluia.

Beati inmaculati in uia qui ambulant in lege domini . alle.

Beati qui prescrutantur testimonia eius in toto corde suo exquirunt eum.*

YMNVS.

Noctis tempus iam preterit,
iam gallus canit uiribus,
gallo canente spes redit,
egris salus refunditur.

Somno grabati surgite,
cordis reatum pandite,
Ihesuque laudem dicite,
qui nos redemit sanguine.

Non ut fallax discipulus
qui pacem ferens osculo
et dolo†[3] tenens pectore
turbis magistrum tradidit.

Ihesus captus ab impiis,
disp(er)guntur[4] discipuli,
loquutus est ut dominus
noctis ferens scandalum.[5]

/Ihesus suis discipulis [col. 2.
dum crucem suam prędicat,
negari sese pręmonet :
Petrus facturus abnegat.

Petrus ferbens spiritu[6]
sequitur in prętori(o
sed agnitus)[7] discipulu(s)[8]
negabit Christum dominum.

Petrus iurabat omnibus
se non nobiss(e)[9] hominem :
(uox namque)[10] galli resonat
et Petrus culpa(m meminit).[11]

Ihesu(s)[12] dum Petrum respicit,
fidem Petri dum†[13] suscipit,
Petrusque flendo recipit
quod ante paulo (a)miserat.[14]

[1] conturbati] a later hand adds here in the margin *retro torna folia*, i.e. to f. 176b (p. 317).
[2] The first *Alleluia* is added in the margin.
[3] *dolum* Lor.
[4] disperg.] altered to *disparg.*
[5] pron. *escandalum* Blume.
[6] pron. *espiritu.*
[7] o sed agnitus] on erasure.
[8] discipulus] altered from *discipulum.*
[9] nouisse] erasure.
[10] uox namque] erasure ; *iamque* Blume.
[11] culpam meminit] erasure.
[12] Ihesus] erasure.
[13] *tum* Blume.
[14] amiserat] *a* interlined.

Et nos precamur domine
fidem Petri recipere,
fidemque apostolicam,
fle(nt)es pro nostro( )[1] crimine.

[ALIVS.]

Gallo[2] canente uenimus,
laudes deo persoluimus,
confessionis proprie
dantes ei ueram fidem.

Absced(e)[1] princeps dęmonum
cum noxiis fantasmatum,
iam nos piabit ueritas,
iam probra tersit karitas.

Hinc te deus deposcimus
ut peruagantes demon(as)[1]
signo salutis dextruas:
nos a pabore libera.[3]

/Hac noctis hore†[4] [f. 179.
prescius
D(auit)[5] future glorię
deo preces multiplica(ns)[6]
in matutinis excubans.

Et nos oportet surgere
illo uigore corporis
illoque uoto spiritus,
quo expiemur sordibus.

Exurge nobiscum deus,
laudes tuorum suscipe,
lustrando corda lubrica
lucis nobelle gratię.†[7]
(Presta.)[8]

VERSVS. Memor fui in nocte nominis tui domine et custodibi legem tuam. Kirieleison *tribus* [*uicibus.*] Pater noster.

ORATIO. Miserere nobis domine miserere nobis. et lux claritatis tuę mentium nostrarum tenebras inlustret. Vt detersa caligine splendor(e† in nobis)[9] semper maneat lucis. et ita alacres properemus per semitas ęquitatis. ut a†[10] te post transitum mereamur accedere beatificandi. amen.

ALIA. Miserere nobis domine miserere nobis et in te confidentibus animabus non moreris adesse. tuarum nos sub umbra alarum donec transeat iniquitas tege. /et miseri- [col. 2.
cordiam de cęlo quam a te poscimus mitte. ut ereptos de media katulorum leonum intra domus tuę septa sollicites. et (e)dentibus[11] nos praborum omnium serues. dumque feraliter in nobis deseuiunt. a te nobis data uirtute pellantur. quo paratum sit cor nostrum tibi dicere psalmum. et alacres inpendamus studium ad officium matutinum. (protegente).[12]

[1] erasures.
[2] Gallo canente] no rubric, but larger initial.
[3] *liberans* Blume, misquoting this MS. as *liberes.*
[4] *hora* Lor. Blume.
[5] Dauit] erasure.
[6] multiplicans] erasure; *multiplicat* Blume.
[7] *nouella gratia* Blume.
[8] Presta] on erasure.
[9] splendor] *e in nobis* inserted.
[10] read *ad.*
[11] *e* altered to *a*?
[12] protegente] added?

ORDO DE EBDOMARIVS† QVOQVINE IN MONASTERIO.

Septimanariis†[1] *quoquine ebdomadam suam completis . dominico die ad matutinum peracto . fratribus in uno congregatis inponit ipse hunc versum.* Benedictus es domine (deus meus)[2] qui adiubisti me et consolatus es me. Benedictus es domine. Gloria. Benedictus es domine.

ORATIO. Omnipotens domine Ihesu Christe qui digne tibi seruientium magnum ęternę beatitudinis remuneras premium . petimus clementię†[3] tuę pietatis ut obsequi(a ho)rum (famulorum tuorum)[4] ILLORVM[5] quam†[6] cum summa sollertia per hanc eg(er)unt[7] ( ) ebdomadam acceptabilia in oculis tuis existant. /Ratamque†[8] in conspectu diuinę ma(ges)- [f. 179.*b* tatis[9] tuę permanea(n)t[7] . offension(es)[10] uero qu(e)[11] ignoranter uel per fragilitat(em)[12] eg(erunt)[7] corporis non reminiscaris sed ueniam quesumus e(os)[13] largire delictis. Quod minus str(en)ue[14] procurab(erunt)[7] clementer omitte. Et quicquid oberrant(er) eg(erun)t[15] propiti(a)tus[16] indulge. Pro expleta namque seruitutis (obsequia sumis)[17] te prec(ibus)[18] exoramus adclines . ut cor e(orum)[7] perlustretur gratie†[19] tue benedictionis . qualiter hic pro diuersis obsequiis incrementum . in eo adcrescat sancte uirtutis. Et ( ) in ( )[20] futuro ablutis delictis . et cumulatis premiis . stolam a te merea(n)tur[7] accipere inmortalitatis . choro ad(glomerati sanctorum)[21] in cęlestibus regnis. amen.

Subsequitur Ingrediens . et dicitur hunc uersum Deus in adiuto[rium.] Gloria. Deus in adiutorium.

ORATIO. Domine Ihesu Christe qui ideo humani/tatis [col. 2. dignatus es adsumere formam . ut omnibus nobis exemplum humilitatis tuę ministrandi preueres normam . concede huic seruo tuo (his famulis tuis)[22] fratri nostro ILLI[23] uictricis dextere solacium . per quod (ualeant) hanc ebdomadam cunctis deseruiendo fratribus dignum ob† amori tuo exib(ere)[24] famulatum . sicque

[1] perh. *Septimanarius*, but the construction of *completis* is very difficult.
[2] deus meus] interlined in orig. hand.
[3] *clementiam*?
[4] obsequia...tuorum] erasures.
[5] it in red.
[6] *quae*?
[7] egerunt *etc.*] sing. altered to plural.
[8] *rataque*?
[9] maiestatis] erasure.
[10] offensionis] altered to *es*.
[11] quae] altered to *quas*.
[12] fragilitatem] erasure.
[13] eos] altered from *ei*.
[14] strenue] *en* interlined.
[15] oberranter] erasure.
[16] propitiatus] erasure.
[17] obsequia summis] erasure.
[18] precibus] longer erasure.
[19] read *gratia*.
[20–20] erasures of about two and nine letters.
[21] adglomerati sanctorum] on shorter erasure.
[22] his famulis tuis] interlined in red.
[23] it in red.
[24] exhibere] erasure and *ualeant* above interlined.

mentem eius (eorum)[1] quesumus et cor(de)†[2] humilitatis munere et obedientię (reple)[3] uirtutem.[4] ut expulsa[5] procul murmurationis ac fatuitatis torpore . cum magna omnibus te opitulante ministr(et)[6] dulcedinis ylaritate. Et ita obsequia inreprehensibiliter obsecramus perficiat (eis)[7] statuta . ut ob hoc a clementia maiestatis tuę promereri se lete(n)tur[8] criminum suorum indulgentiam copiosam.

ITEM PRO LECTORE.

Ipso tamen die post expleta† missa†[9] *uenit ebdomarius lector et inponit hunc uersum omnibus recitantibus.* Domine labia [f. 180. mea aperies et os meum annuntiabit laudem tuam. Domine labia. Gloria. Domine labia mea.

ORATIO. Christe Ihesu ineffabilis sapientia patris qui traditum in templo ( )[10] Esaye librum reuolbis ac legis . (et†[11] obsecramus huic famulo tuo ILLI talem in legendo discretionis affectum . per quod cuncti fratres spirituali( )[12] gratię percipiant incrementum. Aufer ab eo quesumus spiritum elationis . et mellifluam fac ex ore eius resonare uocem sacre lectionis . ut ea audientibus mox a te spiritum tribuatur conpunctionis (per quod) fructum ( )[13] percipiant tui timoris . et post perueniant omnes ad ęternam premiam†[14] libertatis.

Et dum insonuerit lectio . ab omnibus exibeatur silentio.†[15]

ORATIO DE SVSCEPTIONE REGIS.

Rex regum cuius administratione reguntur . quibus†[16] gubernandi ceteros potestatem accipiunt . ingressum principis nostri ubertatem†[17] benedictionis /tuę perlustra . desideria eius [col. 2. semper in bonis adcumula . inspira ei domine placida benignitatis consilia uota innoxia . dispositionem in omnibus placituram. Vt pię subditis pie uiuendo . celesti mereatur cum omnibus adunari consortio. pater.

BENEDICTIO. Ingressum gloriosi principis nostri ILLIVS trinitas beata sanctificet. Suspendat ab eo quicquid est noxium

[1] eorum] interlined in red.
[2] *de* inserted.
[3] reple] interlined.
[4] *uirtute?*
[5] *expulso?*
[6] ministret] partly erased.
[7] eis] interlined in red.
[8] laetentur] *n* interlined.
[9] read *expletam missam.*
[10] erasure.
[11] et] on erasure ; read *da?*
[12] spiritualis] erasure.
[13] per quod] on erasure ; after *fructum* erasure of letter.
[14] read *aeterna praemia.*
[15] read *silentium.*
[16] read *qui.*
[17] read *ubertate.*

et preces pro salute eius exaudiat singulorum. Et cum omnibus beate uiuens in seculo . pro omnibus mereatur conletari in seculo post futurum.†[1] amen.

ORATIO QVANDO FRATRES VADVNT IN ITINERE.

Sempiterni filius dei patris qui apostolis tuis in uia euntibus ducator et reductor mirificus esse iussisti . presta quesumus his famulis tuis qui /a nobis corpore non mente segregan- [f. 180.*b*. tur . ut quocumque perrexerint te custodiente iter expositum cum sospitate ualeant explicare . te diligant semper et oculis cernant . tuaque precepta angelorum custodia septi . letabundi adimpleant. Vt quum tua eis suffragante gratia fecerint que iussisti . a te percipiant que promisisti. amen.

[ALIA.][2] Iter agentibus domine iugiter presta ducatum et sicut Tobi famulo tuo ducem dedisti angelum Rafaelum . presta his famulis tuis ut directi proficiant callem itineris sui et exultantes uideant quod[3] desiderant peruenisse. pater.

BENEDICTIO. Spiritus dei bonus deducat uos in uiam rectam ut a lapsum†[4] peccaminum itinera uestra disiungat. Sitque dux itineris uestri . qui olim in discipulos manifestus apparuit . ut eodem sancto spiritu /repleti . et mare huius [col. 2. seculi transeatis inlesi . et ęterno mereamini de munere consolari. amen.

ITEM DE ADVENTV ET SVSCEPTIONE FRATRUM.

PSALMVS.[5] Benedictus dominus qui direxit gressus uestros ad nos pax habundet uobis et laus in eternum et in seculum seculi. *Versus.* Benedicat uobis dominus ex Syon qui habitat in Iherusalem. In.

[ORATIO]. Inmensas tibi domine gratiarum actiones referimus pro famuli tui gratissimum aduentum et pro colomitatis eius deuotissimam†[6] ad nos accessum . ob tuam inploramus clementiam . ut sospitatem animi et corporis te amminiculante possideat . et cum eo hic uisitatio angelica . tua fabente dextera exobtata preueniat. Et qui[7] ex illius letificasti corporalem prescentiam . efficias ut alia tibi cotidie exibeamus obsequia per quod cuncta nostra expientur /delicta et post cum eo [f. 181. celesti mereamur exaltari in patria. amen.

[1] read *futuro.*
[2] [ALIA] The margin of this leaf is cut off.
[3] perh. *quo.*
[4] read *lapsu.*
[5] Psalmus] Neums omitted.
[6] read *deuotissimum.*
[7] perh. *quos.*

ALIA. Deus qui letaris in karitate fratrum et dilectione proximorum. da nobis spiritualis tuę gratię donum . ut in aduentu conseruorum tuorum prescentie tuo†[1] lumine nostrorum digneris inradiari conuentum. pater.

ORATIO DE CELLARIO MONASTERII VEL QVALITER OBSEQVIVM INGRESS[VS][2] FVERIT.

Tuam clementissime pater omnipotentia†[3] supplices deprecamus† . ut infundere digneris super hunc famulum tuum ILLVM quem tuo seruorumque tuorum officio et seruitio mancipamus . spiritus†[4] sapientie et intellectus discretionis et consilii sancti. Dona ei in hac domo tua iniunctum sibi temporalis uite administrare et ordinare obsequium . ut tibi placeat . et qualitatem seruorum tuorum /perfectissime [col. 2. expleat . quatenus pro eodem obsequio et hic et in futuro seculo premium sui laboris in consortio sanctorum tuorum a te piissimo largitore percipiat.

ITEM DE EXEVNTI. Domine Ihesu Christe qui seruientibus tibi munificus retributor et clemens largitor extitisti . huic famulo tuo qui in hac domo tua nunc usque fideliter lauorabit . et tibi seruisque tuis obediendo iniunctum sibi te auxiliante administrabit officium pro laboribus suis solita benignitate responde . et pius remunerator existe. Et presta ut in hac domo iugiter fidelis permaneat . mercedemque suis†[5] laboris et hic et in ęternum et in retributione iustorum a te deo omnipotenti percipiat. amen.

ITEM VERSI PRO PEDES LABANDOS.

[ ].[6] /Diligamus nos inuicem quia [f. 181.*b.* karitas ex deo est et omnes qui diligit fratrem suum ex deo natus est et nobit deum. *Versus.* Audite hec omnes . ut di[ligamus]. Deus deorum . ut di[ligamus].

R[ ].[6] In diebus illis mulier[7] qui†[8] erat in ciuitate peccatrix quum audisset quod Ihesus discubuit in domum Simonis leprosi obtulit alabastrum ungenti stans retro secus

[1] read *tuae.*
[2] INGRESSVS] two letters lost in a tear of the vellum.
[3] read *omnipotentiam .. deprecamur.* [4] read *spiritum?*
[5] read *sui.*
[6] no title ; the R. (or K. ?) is in black and perh. a later addition (Responsorium ?) ; neums not inserted. [7] In diebus illis] *cf.* Luke vii. 37–47.
[8] read *quae.*

pedes domini Ihesu lacrimis cepit rigare pedes eius et capillis capiti†[1] sui tergebat eos et osculabatur et ung(u)ebat[2] ungento.

R[ ].[3]

Quod fariseus
ut uidit indignans
auctorem uite
deum redarguit dicens.

Huic si esset
prophete spiritus
protinus sciret
mulierem qua tangitur.

Cognitor cordis
eceli†[4] dominus
sic fariseus†[5]
his conuicit sermonibus.

Feneratoris
parabolum dicens
duobus sibi
deuitoribus laxantem.

Et quis eorum
plus eum amaret
quin ipse ayt
cui magis donaberat.

/Dominus autem
uere profiteris
ita peccatrix
quod solueretur amabit. [col. 2.

Multum dilexit
multum datur ei
tantum ne ultra
aliquod libeat mali.

Lacrimis ergo
Christi uestigia
cum mulierem
rigemus ut nos abluat.

Christus descendit
mundum redimere
ut liberaret
a morte animas.

Exemplum[6] prebuit
suis discipulis
ut sibi inuicem
pedes abluerent.

Dumque precinctus
peruenit ad Petrum
ignarus facti
ita respondit domino.

Numquid tu mici
pedes in eternum
preceptor bone
lauabis ymmo inmerito.

Reuera inquid
si te non labero.
eternum regnum
tu non consequeris mecum.

Conpunctus Petrus
sic ayt magistro
non tantum pedes
sed manus simul et capud.

Tantum ne frauder
tui consortio
quod promisisti
karitatem amantibus.

Ubi est karitas
et dilectio.
ibi sanctorum
est congregatio.

Ibi exultat
turma angelorum.
regi cantantes
alleluia ethereos.[7]

[1] read *capitis*.
[2] unguebat] *u* inserted.
[3] no title; the R. (or K. ?) is in black and perh. a later addition (Responsorium ?); neums not inserted.
[4] read *et caeli ?*
[5] read *pharisaeum*.
[6] *cf.* Joh. xiii. 4–15.
[7] perh. *aethereo*.

Ybi ter sanctus
serafin depromit
uirtutes /simul [f. 182.
resonant canticum nobum.

Ibi electus
cetus confessorum
aures demulcent
suabes resonantes melos.

Ybi exultat[1]
agmina uirginum
quarum sponsus
gaudet in medio Christus.

Ibi nec ira
nec indignatio
sed firma karitas
in perpetuum.

Dixit paterfamilias operariis suis quid hic statis tota die otiosi . at illi respondentes dixerunt quia nemo nos conduxit. Ite et uos in uinea†[2] mea†[2] et quod iustus†[2] fuerit dabo uobis in eternum.

Deus karitas est et qui manet in karitate in deo manet et deus in eo alleluia. *Versus.* Beati inmaculati.

INCIPIT ORDO DE SANCTIS.

Ad Vespertinvm.

V[es]p[e]r[tinvm]. *Lux orta est iustis et rectis corde letitia.*

Versvs. *Letantur[3] in domino et exultent iusti et gloriantur[3] omnes recti corde . leti[tia].*

/S[o]n[ati]o.[4] *Gaudete iusti in domino . rectos decet [col. 2. conlaudatio alleluia.*

Antiphona. *Dabo sanctis meis dicit dominus locum nominatum et honore plenum nomen eternum dabo eis.* [5](*Versus.* Deus deorum.)

Al[lelvia.] *Dabo uos nominatos in gloria alleluia in omnibus diebus uite uestre alleluia alleluia.* [5](*Versus.* Laudate pu[eri].)

Ymnvs. Rex gloriose martirum.[6]

Conpletoria. Christe rex sanctorum qui sanctos tuos mirabilibus remuneras donis . dum florentes ut palma . et decoros ut cedros in tuis prestas consistere atriis postulantium gemitus exaudi propitius. Vt qui admissa deplorant postulata fruantur . atque interuentu sanctorum tuorum suffragia que postulamus inuenisse nos gratulemur. pater.

[1] neut. pl. with sing. vb.
[2] read *uineam meam...iustum.*
[3] read *laetentur...glorientur?*
[4] sonatio] with some hesitation I expand the title sño thus, although without authority for the form; see Ducange *s.v.* sonus.
[5–5] Versus] added?
[6] See p. 269.

BENEDICTIO. Patrociniiſ[1] sanctorum suorum ILLORVM preces uestras et holocausta dominus clementer suscipiat. Eorum intercessu postulationes /uestras adtendat. uosque a [f. 182.*b.* peccatis inlibatos custodiat. Vt passio que illis adfuit ad coronam. uobis opituletur ad ueniam.

AD MATVTINVM.

DE PSALMO TERTIO. *Domini est salus et super populum tuum* benedic.

ORATIO. Tu es domine salus.[2]

ANTIPHONA. *Venite ad me sancti mei dicit dominus uindemiate fructum laborum uestrorum germen iustitie cuius odor est magnus sicut odor liliarumſ et rosarum in tempore suo.* [3](*Versus.* Venite fili.)

ORATIO. Sancti mirabiles atque potentes in quorum operibus gaudet dominus et in congregatione sancta letatur. intercessores obtimi fortissimi protectores. mementote nostri ut domini auxilium habere mereamur. amen.

ANTIPHONA. *Venite ad me omnes dicit dominus qui laboratis et honerati estis et ego reficiam uos.* [3](*Versus.* Audite hec. Gloria.)

ORATIO. Deus qui tuorum martirum sollicitus custus et amplificus munerator existis. hanc /plebem martirum [col. 2. agonibus congaudentem intendentemſ[4] clemens et da singulis quod poscunt. qui sanctis hostendisti de hoste triumphum. Vt (per)[5] quos carnis mortem tibi placuisse meminimus. patronos apud te semper strenuos habeamus. amen.

AL[LELVIA.] Venite benedicti patris mei dicit dominus percipite regnum quod uobis preparatum est ab origine mundi alleluia alleluia.* [6](*Versus.* Qui sanctis.)

ORATIO. Deus sub cuius altare sanctorum animaſ[7] placita felicitate quiescunt. et stolam candidam karitatis accipiunt. nos quoque famulos tuos. conmilito(rum)numeroſ[8] fidelis promissor adiunge. Vt uita saltim nostra perueniat ad misericordiam. si mors non peruenerit ad coronam. amen.

PSALMVS. *Venite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis preparatum est ab origine/ mundi alleluia.* *Versus.* [f. 183.

[1] read *patrociniis.*
[2] not now in the MS., probably appended to ps. iii.
[3] Versus] added?
[4] read *intende.*
[5] per] apparently inserted but in orig. hand; should follow *quos.*
[6] Versus] written vertically in marg.
[7] read *animae.*
[8] read *conmilito*(*num*) *numero*, *rum* inserted.

Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum . ab o[rigine].

De psalmo qvinqvagesimo. Antiphona. Da nobis letitiam saluta[ris].

Oratio. Redde nobis domine letitiam salu[taris].[1]

De cantico antiphona. *Diligentes te domine sicut sol in ortu suo resplendens ita rutilent.* (*Versus.* Qui sponte.)[2]

Benedictvs. *Benedicti sunt omnes qui diligunt te in eternum gaude et letare in filiis iustorum.* (*Versus.* Benedictus es.)[2]

S[o]n[ati]o. *Quis deus magnus sicut deus noster tu es deus qui facis mirabilia solus alleluia alleluia.*

II. *Honorificus in sanctis mirabilis in maiestatibus faciens prodigia . tu.*

Ymnvs. Sanctorum meritis[3] inclita gaudia.

Conpletoria. Caritas inclita ; spes certa ; fides integra ; domine deus noster . presta ut dum tibi nobum canticum decantamus . ueteris malitię fermento purgemur . ut in tua laude uersamur . peccatorum nostrorum /honere non premamur. [col. 2. Atque ita suffragantibus sanctis tuis potentię tuę pio concinamus affectu . ut clementie tuę assiduum . mereamur adipiscere beatitudinis regnum. pater.

Benedictio. Benedicat uos omnipotens dominus sanctorum suorum illorvm gloria gratulantes. Donet uobis firmitatem fidei expectationem spei . et dulcedinem karitatis . ut talibus sue gratie muniti presidiis . quorum festa celebratis fieri etiam participes mereamini. amen.

ITEM OFFICIVM DE SANCTIS.

Ad Vespertinum.

V[es]p[ertinvm.] *Exortum est in tenebris lumen rectis corde misericors et miserator et iustus dominus.*

Versvs. *Beata gens cuius est dominus deus eorum populum quem elegit hereditarium siui . mise[ricors].

S[o]n[ati]o. *Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum mortis alleluia.*

/Versvs. *Visi sunt in oculis insipientium mori et [f. 183.*b.* extimata est malitia exitus illorum illi autem sunt in pace . alle.*

[1] Oratio] supra p. 25.
[2] Versus] added?
[3] Hymnus] supra p. 268.

ANTIPHONA. *Iusti epulentur et exultent in conspectu domini et delectentur in letitia.* *Versus.* Gaudete iusti in domino.

ALLELVIA. *Iusti iucundentur alleluia et letentur alleluia alleluia.* (*Versus.* Vox leti[tiae].)[1]

CONPLETORIA. Dominice passionis sacramenta uenerantes karissimi fratres amicis eius martiribus honores merito deferamus. ut qui pro adsertione domini nostri et saluatoris inuicta fidei uirtute pugnantes. mortis mortem uicerunt credentes hoc eodem nos munere posse donari. si dominum nostrum ex toto corde nostro et ex tota anima nostra diligamus. ut si persequutionis deprehendat examen pro iusto non dubitemus obpetere mortem. cum ille pro nostris impietatibus sit peremtus. pater.

BENEDICTIO. /Humilitatem uestram. dominus [col. 2. dignanter intendat. Sanctorum suorum ILLORVM uos protegat interuentu. ut ab omni errore prauitate defensi. rectas iustitię semitas tenere ualeatis.

AD MATVTINVM.

ANTIPHONA. Super populum.[2]

ANTIPHONA. *Exultabunt sancti in gloria et letabuntur in cubilibus suis.* (*Versus.* Beata gens.)[3]

(ORATIO. Exultent sancti in gloria.)[4]

[ORATIO.] Deus exultatio et palma sanctorum exaudi nos supplices tuos et presta ut quorum in tuo amore reliquias ueneramur. et monumenta excolimus. eorum meritis ab omnibus malis liuerari et conseruari mereamur

ANTIPHONA. *Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde.* *Versus.* Gaudete iusti.

(ORATIO. Deus exultatio.)

ORATIO. Exultent sancti in gloria tua domine et letentur in cubilibus suis. hauitantes iucunditatem in te. qui puritatem cordis tribuis. et a castis mentibus seculi cupiditatem expellis. exulta/tiones in faucibus eorum†[5]. que interuentu peccata [f. 184. nostra deleas. cunctosque in te credentes preceptorum fortiori. et[6] karitatis uinculo nectas. amen.

[1] Versus] added?
[2] Infra p. 348 n. 8.
[3] Versus] vertically in right hand margin.
[4] ORATIO...gloria] inserted in left hand margin. Perhaps *Deus exultatio* below is also inserted, and an inversion of the two prayers intended.
[5] possibly *eorum sint eorumque*.
[6] omit *et*?

[1](ALLELVIA. *Exultate et letamini in domino gaudete iusti alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* Qui statis in domo dei nostri .)[1] *Versus.* Vox letitie.

ORATIO. Exultatio sanctorum domine deus . sanctifica quesumus te requirentes et inuocantes exaudi . et hoc nobis munere pietatis adtribuę . ut dum letamus†[2] triumphis martirum . saluemus†[2] suffragiis electorum . amen.

PSALMVS. *Exultabunt sancti cum fiducia et gaudentes festinabunt uidere faciem dei cui serui erunt et a quo incipiunt gloriosi mercedem recipere.* *Versus.* *Exultabunt sancti in gloria et letabuntur in cubilibus suis . et gau[dentes].*

DE PSALMO QVINQVAGESIMO. Edificentur mu[ri].

/DE CANTICO. *Letitia sempiterna erit electis meis [col. 2. dum dedero opera eorum in ueritate.*[3] *Versus.* Vos sancti domini uoca.

BENEDICTVS. *Sancti et humiles corde spiritus et anime iustorum benedicite domino.*

S[O]N[ATI]O. *Via iustorum recta facta est alleluia iter sanctorum preparatum est . alleluia alleluia.* SECVNDA. *Alleluia. Hec est ciuitas et saluatio iustorum pone murum et iuxta murum congregationem sanctorum.[3]*

CONPLETORIA. Deus fundator castitatis et salus pudicitię coronator qui martires tuos ILLOS contra inimicum dimicantes . roseo sanguine decoratos . ad ęternam gloriam preparatos dignasti . dona quesumus auxilium famulis tuis comoniti†[4] non sentiamus gladios inimici . illi corona†[5] meruerunt . pro nobis ueniam deprecentur . illi honore sub/nixi . nos de [f. 184.*b.* remissione peccatorum securi . illi ex uirtute premium . nos mereamur ex uirtute suffragium . petimus domine quantis possimus[6] precibus ut qui eorum hodierna die festa psollemnia celebramus nostrorum ueniam delictorum consequi mereamur. pater.

BENEDICTIO. Benedicat uobis[7] omnipotens dominus sanctorum suorum ILLORVM martirum passione letantes . tribuat uobis omnimode benedictionis plenitudinem . quibus concedere dignatus est legem. Vt omnipotenti domino laudis sacrificium offeratis . et uobis indesinenter inuicem exibeatis officium karitatis. amen.

[1–1] all this on erasure.
[2] read *laetamur . . saluemur.*
[3] The margins of f. 184, col. 2, and f. 184b, col. 1, are annotated with a great many additional neums (sequelae) for *alleluia.*
[4] read *quo moniti*?
[5] read *coronam.*
[6] read *possumus*?
[7] read *uos*?

OFFICIVM VNIVS IVSTI.

Ad Vespertinvm.

V[es]p[ertinvm]. *Gloria et honore coronasti eum domine.* *Versus.* Gloriam et magnum decorem /posuisti [col. 2. super kapud eius . do[mine].*

S[o]n[ati]o. *Benedicat anima mea . domino qui sanat omnes langores tuos et de interitu eripit uitam tuam alleluia.* Secvnda. *Qui coronat te in miseratione et misericordia renouabit sicut aquile iubentute† tua†[1] . et de [interitu].

Antiphona. *Iustus uelut palma florebit et sicut cedrus que est in Libano multiplicabitur.* *Versus.* Os iusti me-[ditabitur].

Allelvia. *In memoria eterna erit iustus ab auditu malo non timebit alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* Beatus uir qui ti[met].

Ymnvs. Martir dei[2] qui unicum patris se.

Conpletoria. Christe rex sanctorum qui sanctum tuum illvm mirabilibus remuneras donis ; dum florentem ut palmam ; et decorum ut cedrum in tuis prestas consistere atriis. postulantium gemitus ex/audi misericors. et lamentantium [f. 185. preces exaudi propitius. Vt qui admissa deplorant . postulata fruantur. Atque interuentu gloriosi illivs que postulamus eius suffragia inuenisse nos gratulemur. pater.

Benedictio. Benedicat uos rex ęternus dominus Ihesus Christus . qui suum glorificabit martirem . ipsius quoque intercessu uestras exaudiat preces . cuius hodie sacre celebramus psollemnitatem. Fidem augeat ; uota suscipiat . peccata dimittat . et requiem ęternam omnes fru(i)[3] concedat.

Ad Matvtinvm.

[Antiphona.] Gloria mea deus et ex.

Antiphona. *In capite iusti gloria prescripta est et pax illius fluminis impetus iustitia eius sicut fluctus maris.* *Versus.* Beatus qui intel[ligit].

[Oratio]. Tribue omnipotens (deus)[4] interuentu sancti martiris tui illivs ut ita os nostrum sapientie preconio meditetur /ne falsitas mendacio obstruatur . sicque [col. 2. lingua nostra iudicium rectum loquatur ut Christum tuum

[1] read *iuuentutem tuam.*
[2] Hymnus] supra p. 270.
[3] frui] altered to *fruere.*
[4] deus] interlined.

dominum nostrum uerum iudicem promtissime deuotione confiteamur . atque lex tua assidue in nostro corde uersetur . ut gressus nostri te adiubante insidiosis decipulis minime supplantetur†[1].

ANTIPHONA. *Iustus si morte preoccupatus fuerit anima eius in refrigerio erit.* *Versus.* Vitam petit.

ORATIO. Deus qui ambulantibus† de uirtutibus in uirtute†[2] sancto martiri tuo aperuisti celos ad gloriam contemplationis†[3] quos ei aperueras ad meritum sanctitatis ut confessionis suę†[4] hic caperet uiuendo illic acciperet patiendo . hostende nobis suffragio eius misericordiam tuam et salutare tuum da nobis . quo seruientes tibi ac iugiter inuocantes . et misericordia tua /nobis tribuat ( )[4] indulgentiam . et salutare [f. 185.*b*. tuum nos perducat ad gloriam.

ALLELVIA. *Iustus ut palma florebit alleluia sicut cedrus Libani multiplicabitur alleluia alleluia.* *Versus.* Os iusti.

ORATIO. Deus qui beatissimum†[5] martirii corona decorasti . ut sanctificatus inter collegas coronatus . inter celicolas prefulgeret . sicut[6] nunc te annuente plebi tuę (precipue)[6] patronus qui magnificus extitit in electis . ut in cuius uirtute deuicta est multitudo infidelium . eius suffragio firmetur spes aucta credentium. amen.

PSALMVS. *De ore iusti procedit doctrina alleluia fabum mellis distillant labia eius alleluia alleluia.* *Versus.* *Os iusti meditabitur sapientia†[7] et lingua eius (loquetur iudicium. fa[bum])*[8]

DE PSALMO QVINQVAGESIMO. Liuera me de uiri[s].

BENEDICTVS. *Benedictio domini in mercedem iusti festinat.* *Versus.* Benedictus es.

S[O]N[ATI]O. *Exaudisti me deus et liberasti me alleluia alleluia.* SECVNDA. *Tu formasti me et posuisti super me manum tuam et li[berasti].*

CONPLETORIA. Deus qui confiteri a nobis nomen sanctum tuum usque ad uite presentis dispendio†[9] uoluisti . qui seruantes fidem suam perducis ad gloriam tuam . exaudi nos per intercessionem martiris tui . ILLIVS qui ęternam uitam temporali

[1] read *supplantentur.* [2] read *ambulanti....uirtutes.*
[3] probably a clause is lost, *e.g. aperi nobis per gratiam intercessionis.*
[4] *praemium* or some such word omitted? About seven letters erased.
[5] insert ILLVM?
[6] praecipue] shorter erasure ; perhaps *sic nunc...fiat.*
[7] read *sapientiam.* [8] added in margin.
[9] read *dispendium*?

morte adquisibit. Da ut sequamur per eum†[1] fidem qui sequi non possumus per laborem. pater.

(BENEDICTIO.)[2] Postulationes uestras gratia superna exaudiat. et dona celestia uobis intercessu martiris gloriosi inpertiat. amen. Inpertiendo ditet multiplicando conseruet. et conseruando letificet. /Vt qui uotis fidei festum martiris ILLIVS [f. 186. honoratis, cuncta que conpetunt eius merita capiatis. amen.

OFFICIVM VNIVS CONFESSORIS.

AD VESPERTINVM.

V[ES]P[ERTINVM]. *Confessio et pulcritudo in conspectu domini.* *Versus.* *Sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. in.*

S[O]N[ATI]O. *Deus meus es tu et confitebor tibi alleluia deus meus es tu et exaltabo te alleluia.*

ANTIPHONA. *Confitebor domino nimis in ore meo et in medio multorum laudabo eum.* *Versus.* Quoniam nos pre.

ALLELVIA. *Confitebor domino alleluia secundum iustitiam eius alleluia et psallam alleluia.* (*Versus.* Quia incli.)[3]

YMNVS. Summe confessor[4] sacer et sa.

CONPLETORIA. Christe rex seclorum; qui sanctum confessorem tuum. ILLVM mirabilibus remuneras donis; dum eum et ut palma[5] /florentem et decorum ut cedrum[5] in tuis prestas [col. 2. consistere atriis. postulantium gemitus exaudi misericors. et lamentantium preces intende propitius. Atque interuentu gloriosi confessoris tui. ILLIVS que postulamus in suffragio. inuenisse nos gratulemur in premio. pater.

BENEDICTIO. Omnipotens deus per interuentu†[6] beatissimi confessoris sui. ILLIVS ueniam delictorum uobis tribuat. et culpas uestras miseratus ignoscat. Peccata uestra a uobis suspendat et delicta uestra relaxando omittat. Criminum uestrorum maculas abluat et intercedente beatissimo confessore suo. ILLO indulgentiam uobis propitiatus concedat.

AD MATVTINVM.

ANTIPHONA. *Gloria* mea deus.

ANTIPHONA. *Iucundus homo qui miseretur et comodat disponit sermones suos in iudicio quia in eternum non comobebitur.* *Versus.* In ęternum ser[mones].

[1] read *eum per*?
[2] BENEDICTIO] Rubric inserted.
[3] Versus] added?
[4] Hymnus] supra, p. 271.
[5] for the difference of case cf. supra p. 328, last line but four.
[6] read *interuentum*.

ORATIO. Iucundus satis est domine homo /qui te [f. 186.*b*. Christe inspirante miseretur et comodat . quod confessorem tuum inplesse mirabiliter credimus dum gemino elemosine officiosius† et corpore†[1] dato . et corda pascit eloquio . unde flebiles te quesumus et rogamus ut utroque dono in hac uita muniti . ad te quandoque perueniamus post transitum coronandi. amen.

ANTIPHONA. *Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi.* (*Versus.* Manus enim mea.)[2]

ORATIO. Illius domine iustitia manet in seculum seculi . cuius misericordia in pauperum se consolationem diffuderit. fac nos ergo confessoris tui ILLIVS ymitatores existere . ut primum miseratores nostri effectum†.[3] dignas nobis[4] elemosinas prorogantes[5] et nobis a male gestis parcamus[6] . ut[7] in proximis bona que poscimus inpendamus.

/ALLELVIA. *Tota die iustus miseretur et comodat [col. 2. alleluia semen eius in benedictione alleluia alleluia.* *Versus.* Potens in terra.

ORATIO. Tota (die)[8] domine iustus tuus miseretur et comodat . qui in toto huius mortalitatis uite curriculo . temporalia donat . ut eterna recipiat . semen ergo eius super nos in benedictione fructificet . ut meritorum eius fructum habentes . premiorum quoque illius mereamur esse participes.

PSALMVS. *Iunior fui et senui et non uidi iustum derelictum neque semen eius egens panem tota die miseretur et comodat alleluia alleluia.* *Versus.* *Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium . tota.*

DE PSALMO QVINQVAGESIMO. *Laudabit* lingua mea.

DE CANTICO. *Danti mici* sapientiam dabo glo[riam].

OFFICIVM DE VIRGINIBVS.

AD VESPERTINVM.

V[ES]P[ERTINVM]. *In noctibus extollite /manus [f. 187. uestras in sancta et benedicite dominum.* *Versus.* Qui statis in domo domini in atriis domus dei nostri be[nedicite].*

[1] *geminae eleemosynae officiosus et corpora* Lor. (under St. Martin, to whom the prayer seems really to belong); perh. *gemino el. genere officiosus et corpora dato pane et*; the insertion of *pane* is suggested to me by Mr. Bannister, who would read *officio suo* (or *suorum*) in place of *officiosus*.

[2] Versus] added?

[3] *effecti* Lor. (SS. Laurence and Martin).

[4] nobis] so Lor. under St. L., under St. M. *nos*.

[5] prorogantes] so Lor. under St. M., under St. L. *praerogantes*.

[6] parcamus] so Lor. under St. M., under St. L. *parcamur*.

[7] ut] *et* Lor; the text remains unsatisfactory, and I have not been able to collate the Verona orationale printed in Thomasius.

[8] die] interlined.

S[O]N[ATI]O. *Alleluia iustitia plena est dextera tua letetur mons Sion et exultent filie Iude propter iudicia tua alleluia alleluia.*

ANTIPHONA. *Vt columbe mansuete plaudebant sibi de alis suis et gloriabantur in itinere suo populus autem gaudebat gaudio magno in letitia earum. (*Versus.* Letetur mons.)[1]

ALLELVIA. *Exaltate sunt filie Iherusalem et processerunt in gloria alleluia alleluia alleluia.* (*Versus.* Edificans.)[1]

YMNVS. Ihesu corona[2] uirginum.

CONPLETORIA. Christe rex uirtutum ; et sanctarum uirginum sponsus ; qui das gloriam martiribus . et muneris corona†[3] concedis uirginibus ; cui sancte uirgines ILLAE et uirginitate placuerunt pulcre . et martirio adstiterunt gloriose . /misericordię tuę [col. 2. quesumus potentiam ut supplicantibus nobis tibi sinceritatis. tribuas puritatem. Vt qui uirginitatis non meremur gloriam . nostrorum omnium adipiscamus†[4] criminum ueniam. pater.

BENEDICTIO. Christus dominus qui uirgines suas ILLAS casto sibi disponsabit amore . indissolubiliter uos sibi per suam karitatem adsociet. Quique in illis uirginitatis contulit donum . conferat in uobis sue gratie conplementum. Vt qui uirginitatis non claretis ex meritis . uirginum potiamini gaudiis. amen.

AD MATVTINVM.

[ANTIPHONA.] Super po[pulum].

[ANTIPHONA.] *Offerentur regi uirgines post ea†[5] proxime eius adducentur tibi in letitia et exultatione.* (*Versus.* Magnus dominus et mag.)[1]

ORATIO. Admirabilis Christe et inextimabilis rex regum es . cui post formationem ęcclesię adducunt†[6] uirgines placiture . in letitia et exultatione . que utique proxime memorantur . /quia non aliene sed tue sunt que in templo regis per [f. 187.*b*. unitatem fidei introire merentur. Quesumus ergo ut incorrupte fidei dono muniti . in illarum quarum psollemnia celebramus . mereamur cum letitia†[7] introduci. amen.

ANTIPHONA. Adorabunt te domine filie Tiri in muneribus uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis terre.* *Versus.* (Omnis gloria eius filie re[gis].)[8]

[1–1] added ?
[2] Hymnus] supra p. 274.
[3] read *coronam*.
[4] i.e. *adipiscamur*.
[5] read *eam*.
[6] read *adducuntur*.
[7] read *laetitiam* for *cum letitia* ; or has a word (*traesentiam* ?) dropped out ?
[8] *Versus*] in margin.

ORATIO. In honore tuo domine filie regum filie utique apostolorum te letificasse ferantur†[1] . quia semen in illis defuncti fratris . non in†[2] illis sed tibi per† illo est suscitatum. Et ideo quia has filias regum unam et solam uoluisti reginam in membris nominare sanctorum . quesumus ut a dextris tuis quibus illa tibi coronata adsistit . nos coro(nari)[3] quandoque mereamur admitti.

/ALLELVIA. *Alleluia exultaberunt filie Iude alleluia [col. 2. propter iudicia tua domine alleluia alleluia.* (*Versus.* Sitientes.)[4]

ORATIO. Deus in cuius iudiciis†[5] filie Iude filię utique confessionis exultare merentur . cum inter angustias passionis in tuis conletari promerentur equissimis iussis prebe nobis ut in iudiciis tuis anime nostre semper exultent . ut dum iudiciorum tuorum ęquitatem pia deuotione ueneramur a nostra iniustitia expiemur. amen.

PSALMVS. Acceperunt prudentes. *Retro quere.*[6]

DE PSALMO QUINQUAGESIMO. Edificentur muri.

DE CANTICO. In canticis labi[orum].

BENEDICTVS. *Benedicite domino et illi confitemini quoram omnibus uiuentibus quanta bona uobiscum fecerit ut glorificetis dominum et laudetis nomen eius.* (*Versus.* Benedictus es do[mine].)[7]

S[O]N[ATI]O. Alleluia iustitia ple[na].

OFFICIVM DE VNA VIRGINE.

AD VESPERTINVM.

V[ES]P[ERTINVM]. *Dominus illuminatio mea /et [f. 188. salus mea quem timebo.* *Versus.* *Dominus defensor uite mee a quo trepidabo . quem.*

S[O]N[ATI]O. *Alleluia ingredere tu in uestigiis gregum tuorum uirgo filia Sion et pasce agnos tuos alleluia alleluia.*

ANTIPHONA. *Sicut uitta coccinea labia tua sponsa mea et eloquium tuum dulce.* *Versus.* Speciem et pul.

ALLELVIA. *Speciem et pulcritudinem tuam intende prospere procede et regna alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* Lauda Iherusalem.

[1] read *feruntur.*
[2] perh. *non illi sed tibi pro.*
[3] coronari] erasure ; perh. *coronandi.*
[4] *Versus*] added? the reading is doubtful
[5] read *iudiciis.*
[6] p. 301.
[7] *Versus*] added.

YMNVS. Virginis proles[1] opifexque.

CONPLETORIA. Domine qui non spernis tuorum preces sanctorum . accipe obsequellam fidelium per uirginem tuam . ILLAM populorum qui†[2] tripudiare cernis de eius uirginali . eius sanctitas in nostrum proficiat remedium . quem†[3] incorruptam ad instar tibi†[3] credimus tibi famulantium angelorum. pater.

BENEDICTIO. /Dominus Ihesus Christus qui uirginem [col. 2. suam ILLAM casto seruabat pudore . castitatis uos dono munificet. Et qui illam subarrabit sibi anulo fidei . uos sue conectat indissolubiliter caritati. Vt eam pro uobis apud se suffragatricem admittat . quam sibi incorrupto amore adsumsit sponsam.

AD MATVTINVM.

[ANTIPHONA.] Gloria mea.

ANTIPHONA. *Virgo (sapiens)[4] benedicetur timorem autem domini ipsa conlaudat date ei de fructibus manum[5] suarum ut laudentur in portis opera eius.* (*Versus.* Deus in gradibus eius.)[6]

ORATIO. Domine Ihesu Christe qui castimoniam diligis et uirginitatem amplecteris . sancta uirgine tua ILLA intercedente pro nobis nostris ignosce piaculis . et ita nobis in presenti bonum tribuę castitatis . ut letemur in futuro cum angelis. amen.

ANTIPHONA. *Grandis pulcritudo eius exaltata est super sidera et brachium /eius in nubibus celi et nomen eius [f. 188.*b.* in eternum permanet.* (*Versus.* Iherusalem que edi.)[7]

ORATIO. Domine Ihesu Christe qui sanctam ILLAM pro nomine tuo ita inpauidam reddidisti . ut persequutionem seuientium non fugiret ; sed magis appeteret ; nec declinaret ; sed potius excitaret . presta eius patrocinio ut fides nostra ita firma redda( )tur[8] . ne aliquando ab aduersario superetur.

ALLELVIA. *Induta es uestimentis glorie coronata es corona decoris et facta es speciosa alleluia.* (*Versus.* Lauda Iherusalem.)[9]

ORATIO. Domine Ihesu Christe ; qui carnis uirginitatem seruantibus fructum promittis repensare centesimum . intercessu uirginis tue ac martiris . nostrorum solbe uincula peccatorum . ut qui carnis fragilitate deicimur . eius patrocinio subleuemur.

[1] Hymnus] supra p. 273.
[2] read *quos*?
[3] read *quam* and omit one *tibi*.
[4] sapiens] the original word is *prudentissima*, but this is struck through and is without neums ; *sapiens* with neums is in the marg.
[5] i.e. *manuum*.
[6] *Versus*] added.
[7] *Versus*] added?
[8] reddatur] one letter erased.
[9] *Versus*] added?

PSALMVS. *Virgo Israhel speciosa facta es et decora ualde /quoniam pulcritudo tua omni iucunditate preclara es†[1]. in [col. 2. dilectione fidei quam adepta es propterea coronabit te dominus.* *Versus.* *Dilexisti iustitiam et hodisti iniquitatem . propterea (corona)[2].*

DE PSALMO QVINQVAGESIMO. Liuera me de ui[ris].

DE CANTICO. Gaudens gaude[bo].

BENEDICTVS. *Liuerabit (me de)[3] medio flamme de camino ignis ardentis.* (*Versus.* Bene.)[4]

S[O]N[ATI]O. Alleluia ingredere.

OFFICIVM DE INFIRMIS.

AD VESPERTINVM.

V[ES]P[ERTINVM]. *Exaudi nos deus saluator noster.*

S[O]N[ATI]O. *Sana domine omnes langores nostros alleluia.*

II. [5]Redime domine de interitu uitam nostram . alle.

ANTIPHONA. *Orate ad dominum uiri sancti ut concedat populo suo salutem et omnis infirmitas auferatur a uobis.* *Versus.* Deus misere.

/ALLELVIA. *Saluos (nos)[6] faciat dextera tua alleluia [f. 189. et exaudi nos domine deus noster alleluia alleluia.* *Versus.* Vt confite[amur].

ANTIPHONA. *Saluator noster salua nos in dilectione tua . et in indulgentia tua liuera nos.* *Versus.* Vt confiteamur.

ALLELVIA. *Salua nos domine deus noster alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* Et congre.

YMNVS. Christe celestis.[7]

VERSVS. Ostende nobis domine.

CONPLETORIA. Domine qui misereris omnibus qui omnia regis . qui clamantes ad te benignus exaudis . qui solacio es laborantibus . afflictis corde medella . egrotantibus medicina . domine sospitator morientium resurrectio mortuorum . reparator egrorum . te supplices deprecamur ut omnes famulos tuos quem†[8]

[1] read *est.*
[2] coronabit] added.
[3] me de] interlined.
[4] *Versus*] added?
[5] only a single neum on the first word.
[6] nos] nterlined.
[7] Hymnus] supra p. 284.
[8] read *quos.*

grabis iniuria febrium defatigat. egritudo efficit[1]. labor frangit. admonitio deuilitat. propitius aspicere digneris. et des eis fortitudo†[2] corporis; anime stabilitatem; tolerantiam /dolo- [col. 2. rum; prosperam sanitatem. ut inuocatio sancti nominis tui detergat omnem eorum corporis labem; omnes uarias infirmitates; omnes accessus febrium. tribuas eis uite comeatum. sicut Ezecie famulo tuo. erigas eos de lectulo. quemadmodum socrum Petri. et quemadmodum filium uiduę de loculo suscitasti. ut recepta pristine†[3] sanitate. ingressi in ęcclesia tua te deum patrem per omnia benedicant. pater.

BENEDICTIO. Benedicat uobis omnipotens dominus. qui uos dignatus est plasmare de nicilo. ipse sanet langores uestros. qui noster est solus dominus et redemtor. Atque ipse†[4] sit semper cura de uobis. in quo omnis est plenitudo nostre salutis. amen.

AD MATVTINVM.

ANTIPHONA. Exurge domine saluum.

ANTIPHONA. Saluum fac domine populum tuum et benedic hereditati tue /et rege eos et extolle illos usque in [f. 189.*b*. seculum. *Versus.* Ostende.

ORATIO. Pietatem tuam toto corde totisque gemitibus exoramus domine sancte pater ęternę omnipotens deus. qui mortificandi uibos et uiuificandi mortuos ęternam possides potestatem. (Tu)[5] solus potes calorem febrium extinguere quia tu consuebisti. sepe mortuos suscitare. Pro qua re supplices exoramus ut cuncti fideles tui qui ab egritudine ualida detinentur angeli tui presentia eos uisitare digneris. Sentiant rorem tuę refrigerantis gratię. ut incolomes facti. post flamarum incendia te dominum in omnibus benedicere ualeant.

ANTIPHONA. *Salbos nos faciat dextera tua et exaudi nos domine deus noster.* *Versus.* Vt confiteamur.

/ORATIO. Deus fortitudinis uigor[6] deus salutis. et uite [col. 2. perpetuitatis. respice plebem tuam diuersis langoribus laborantem. Discedat ab eis domine omnis infirmitas omnis anxietas cunctis†[7] dolor uniuersa malignitatis actio. Vt si quis dolor medullis uel uisceribus eorum inest. inuocato tuo nomine exeat atque temperetur. ut accepta salute. tibi mereamur seruire perenniter.

ALLELVIA. *Sana domine omnes langores nostros alleluia

[1] efficit] Is this due to a confusion of *effetus* and *effectus*?
[2] read *fortitudinem*.
[3] read *pristina*.
[4] read *ipsi*?
[5] Tu] inserted.
[6] perh. *et uigoris*?
[7] read *cunctus*?

redime de interitu uitam nostram alleluia alleluia.* (*Versus.* Qui sanat.)[1]

ORATIO. Sana domine langores populi tui qui semper peccatoribus sicut pater filiis misereris. Vt exemti ab interitu mortis perpetuę . te anima nostra benedicat et uita clarificet. amen.

/PSALMVS. *Sana nos domine quoniam infirmi sumus [f. 190. turbata sunt ossa nostra et anime nostre turbate sunt ualde sed tu qui es misericors domine conuertere et eripe animas nostras salbos nos fac propter misericordiam tuam.* *Versus.* *Deus in nomine tuo salbos nos fac et in uirtute tua liuera nos . propter.*

PSALMVS. *Virtus nostra domine esto firmamentum infirmis esto refugium et liuerator oppressis. *Versus.* *Infirmorum adiutor captiuorum redemtor disperantium consolator . et li.*

PSALMVS. *Esto nobis domine protector et medicus tu peccatorum nostrorum uulnera solita pietate tribue medicinam tu errantibus es uia et te deus pie querentibus das coronam.* *Versus.* *Qui regis Israhel intende qui deducis uelut ouem Yosep . tu es.*

DE PSALMO QVINQVAGESIMO. Auerte faciem tu.

DE CANTICO. Domine miserere nostri.

/BENEDICTVS. *Omnia opera domini benedicite [col. 2. domino.* *Versus.* Benedictus es.

S[O]N[ATI]O. *Sana domine* omnes.

CONPLETORIA. Deus medicine salutaris inuentor qui multimodas morborum ualitudines quibus humane fragilitatis corpus egresit diuini muneris infusione discludis . qui hominem tuum usque ad portas mortis deducere . et de portas inferi reuocare consuebisti . da famulis tuis uisitationem gratie spiritualis . ut excubante angelo tuo per inuocationem nominis tui ad hos supplices tuos sanitas dudum intercepta reuocetur. Et quicquid in eos dolet . quicquid leditur . quicquid febrium ignis accendit . quicquid dolor internabis[2] cruciat ab eorum huius[3] membris ac uisceribus euallatur[4] . et quecumque infirmato huic corpori fomenta medicine ars humane sedulitatis adibuerit curante /te qui spiritualis es medicus proficiant ad salutem . pater. [f. 190.*b.*

BENEDICTIO. Propitietur dominus cunctis iniquitatibus uestris . et sanet omnes langores uestros . redimat de interitu uitam uestram . et satiet in bonis desiderium uestrum. Atque

[1] *Versus*] added?
[2] read *internalis*.
[3] eorum huius] doubtless originally alternatives.
[4] read *euellatur*?

ita uobis dominus cordis et corporis medellam adtribuat . ut ipsi semper gratiam referatis.

ITEM OFFICIVM DE INFIRMIS.

Ad Vespertinvm.

V[es]p[ertinvm]. Exaudi nos deus.

S[o]n[ati]o. Sana domine.

Antiphona. *Salua pleuem tuam domine et benedic hereditati tue.* *Versus.* Et rege eos.

Allelvia. *Saluos (nos fac)[1] domine deus noster alleluia et congrega nos de nationibus alleluia alleluia.* *Versus.* Vt confite.

Conpletoria. Te inuocamus domine sancte pater ęternę omnipotens deus . pater domini nostri Ihesus Christi . deus misericordię qui dominaris uite et morti . qui es medicus animarum in egritudine constitutus . respice propitius de habitaculo tuo super famulos tuos ./qui a diuersa ualitudine [col. 2. continentur . uisita eos uisitatione celesti . sicut uisitare dignatus es socrum Petri et puerum centurionis. Tribue eis domine remedium salutis . qui post passionem tuam . corpora iam in conclusione sepulcrorum uetustate consumta ad superos prodire fecisti. Dona eis domine solacium pietatis qui mulierem in proflubio sanguinis euolbentem ad unum uerbum omnes maculas sordium[2] ęmundasti. Concede eis domine sanitatem mentis et corporis qui quadrianum†[3] Lazarum ab inferis suscitasti . ut sani atque incolomes in tua sancta ęclesia presentati tibi domino gratias agant. pater.

Benedictio. Salutare tuum domine famulis tuis tribuere dignare . orationes suscipe . et peccata dimitte. A langoribus cura . et fidelium /pectora . a delictorum maculas purga. [f. 191. amen.

Ad Matvtinvm.

[Antiphona]. Exurge domine.

Antiphona. *Propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum domine ne quando dicant gentes ubi est deus eorum.* *Versus.* Vt cognoscamus.

Oratio. Domine deus salutis nostre cui nullus langor in-

[1] altered to *fac nos*.
[2] insert *eius* Rituale apud Férotin, p. 378.
[3] *quatriduanum* Rituale ; a corrector has put a mark over the *i*,

sanabilis est . deprecamus[1] uiscera misericordie tuę . ut omnem morbum omnemque infirmitatem expellas a famulos tuos . expectantibus celestem medicinam tuam fac cum eos signum uirtutum . et sanitatum tuarum et presta eos sanos corpore et spiritu . amen.

ANTIPHONA. *Propitius esto peccatis nostris domine.* *Versus.* Ad te leuamus.

ORATIO. Deus qui per unicum filium tuum medicinam potentię uerbi curantis exercis†[2] . adsiste domine respiciens necessitatem non discutiens supplicantem. Vt quod ego non mereor inuocans id consequantur†[3] expectans. /Solbantur [col. 2. exitialium uincla morborum . ut infirmitas . si de ęqualitate†[4] carnis extuat temperetur . si infertur de temtatione repellatur . et hos† famulos† tuos†[5] quem accepit infirmitas castigandum . recipiat sanitas redintegrata correctio.†[6] amen.

ALLELVIA. *Mitte uerbum tuum et sana nos domine alleluia alleluia alleluia.* (*Versus.* Domine ego ser[uus].)[7]

ORATIO. Deus qui infirmitates infirmantium auertis . qui inbecillitates corporum auigis[8] . qui causam manentis periculi profectu salutis interimus†[9] . te oramus et quesumus ut adsis infirmantium lectulis . et qui in omnibus omnis es . uniuersorum egrotorum stratus†[10] . salutare misericordię tuę nomen adcomodes . firmes infirmia . uexata corrobores . dissoluta solides . ulcerata restaures . posse enim tibi soli in uirtute est . et uelle /semper in misericordia tua est . et miserere†[11] te nostri in [f. 191.*b*. fidei† spei nostre est . in qua et facinorum indulgentiam petimus . et infirmitatum carnalium remedia de inmensa pietatis tuę clementia postulamus. amen.

PSALMVS. *Propitius esto peccatis nostris domine et sana omnes langores nostros et redime de interitu animas nostras.* *Versus.* *Adiuba nos deus salutaris noster et libera nos propter nomen tuum . et re[dime].*

DE PSALMO QVINQVAGESIMO. Auerte faci[em].

DE CANTICO. Letare iubenis in adu[lescentia].

BENEDICTVS. Omnia opera domini.

S[O]N[ATI]O. Sana domine.

CONPLETORIA. Exaudi nos domine deus noster pro diuersis

[1] i.e. *deprecamur*.
[2] read *exerces*.
[3] read *consequar* with plural as alternative.
[4] read *qualitate*?
[5] read *hunc famulum tuum* with plural as alternative.
[6] read *correctum*?
[7] *Versus*] in marg.
[8] i.e. *abigis* ; but *g* altered to *c*.
[9] read *interimis*.
[10] read *stratis*.
[11] read *misereri.. in fide*?

necessitatibus nostris et famulorum tuorum ILLORVM[1] omnium Christianorum egritudinum molestia†[2] laborantibus succurre propitius . ut sicut per Eliam filium uidue Sidonensis . et per Elisseum filium mulieris Sunamitis suscitasti . ita quoque /supplicationibus nostris adesse digneris . et omnibus [col. 2. infirmis medellam corporum salutemque animarum largiaris. pater.

BENEDICTIO. Christus dominus qui est uera redemtio sanet omnem langorem . et omnem infirmitatem in populo suo . a corporibus eorum morbos . et ab animis procul effugiat dolus . ut abstersis cunctis incommodis . ad eum sanati corde corpore et anima peruenire possitis. amen.

OFFICIVM DE VNO INFIRMO.

AD VESPERTINVM.

V[ES]P[ERTINVM]. *Signatum est super me lumen uultus tui domine. Sana me domine et sanabor salbum me fac et salbum me fac et saluus ero quia laus mea et uirtus mea tu es alleluia.*

II. *Ecce ipsi dicunt ad me ubi est uerbum domini ueniat et ego non sum turbatus /te pastorem sequens . quia laus.* [f. 192.

ANTIPHONA. *Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me.* *Versus.* Miserere mei domine quoniam in[firmus].

ALLELVIA. *Miserere mei domine alleluia quoniam infirmus sum sana me domine alleluia alleluia.* (*Versus.* O domine ego.)[3]

CONPLETORIA. Confirma misericordiam tuam domine super hunc famulum tuum ILLVM reuoca de interitu uitam eius propitiare illi in miseratione et misericordia. . et qui dedisti fragilitati sue intellectum . eidem quesumus presta remedium . et qui es infusor salutis . sis medicus salutaris quod testimonium sit munus medelle . hostendatque misericordiam tuam depulsa infidelitas . et reducta prosperitas. pater.

BENEDICTIO. Gratia eum diuina locupletet . et cęlesti benedictione sanctificet. Ab omni illum infirmitate defendat . et pia semper miseratione custodiat. /Petitiones eius placatus [col. 2. intendat . et culparum omnium ueniam clementer adtribuat.

[1] ILLORVM] omit, as in Rituale, or add *et*?
[2] *molestias* Rituale.
[3] *Versus*] added?

Ad Matvtinvm.

De psalmo iii antiphona. *Non timebo milia populi circumdantis me deus salua me.* *Versus.* Domine quid.

Oratio. Collecta milia circumdantis populi circum nos. sed tu multum misericors qui eruas nos. In nullo enim formidamur ab inminenti pressura. tantum tua repleamur omnipotens gratia. amen.

Antiphona. *Sana me domine turbata sunt ossa mea et anima mea turbata est ualde tu domine conuertere et eripe anima†[1] mea.†* *Versus.* Domine ne in ira.

Oratio. Fer opem domine seruo tuo super lectum doloris eius. sicut tulisti paralitico egroto quem cum grabato suo ambulare fecisti in sabbato. et uniuersum[2] stratum eius. cum magnis ardentem febribus. socrum Simonis. uerbi sanasti imperio. et hic seruus tuus desideratam recipiens /sani- [f. 192.*b*. tatem. te glorificet sanitatis auctorem.

Antiphona. *Lauorabi in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis stratum meum rigabo.* (*Versus.* *Miserere mei domine quoniam infir[mus].)[3]

Oratio. Te Ihesu domine pro nobis impiis laborasse in gemitu credimus passionis. ideo petimus ut singulare exemplum patientię tuę proficiat ad emolumentum anime nostre. quo per singulas noctes sic lectum stratumque nostrum rigemus in lacrimis. ut continua capiamus presidia sanctitatis. amen.

Allelvia. *Mitte uerbum tuum (et)[4] sana me domine alleluia alleluia alleluia.* *Versus.* O domine ego seruus.

Oratio. Sana animam eius omnipotens pater qui sepius tibi peccat in factis. Et ne infirmitatem†[5] diutius teneatur. beatitudo tua per intellectum misericordię. nos a diebus liberet tenebrarum. amen.

Psalmvs. *Domine ne in ira tua arguas me neque in [col. 2. tuo furore me corripias quia infirmus sum sed miserere mei.* *Versus.* *Vide humilitatem meam et laborem meum domine et dimitte omnia peccata mea. et mi[serere].*

De psalmo qvinqvagesimo. Cor contritum.

De cantico. Conuersus est furor tuus et consolatus es me. (*Versus.* Confitebor tibi domine quoniam iratus es.)[6]

[1] read *animam meam*.
[2] insert *uersa* or *uersasti?*
[3] *Versus*] in marg.
[4] et] interlined.
[5] read *infirmitate*.
[6] *Versus*] added? last four words vertically in margin.

BENEDICTVS. Omnia opera domini.

S[O]N[ATI]O. Sana me do[mine].

LAVDES. Laudate.

CONPLETORIA. Salua eum domine propter misericordiam tuam . quem scis infirmari . propter iniquitatem propriam . et quoniam turbata est anima eius ob metu†[1] tuorum iustorum iudiciorum . requiescat propter iucundissimum indulgentię tuę donum . et percipiat sanitatis premium . que†[2] suorum con(fit)etur[3] uulnera peccatorum . pater.

BENEDICTIO. Propitietur dominus cunctis iniquitatibus tuis . et sa[net].

OFFICIVM DEFVNCTORVM SACERDOTVM.

AD VESPERTINVM.

V[ES]P[ERTINVM]. *Eripe domine animas nostras de morte ut placeamus tibi /in lumine uiuentium.* *Versus.* *Reple [f. 193. domine splendoribus animas nostras et ossa nostra libera . ut pla[ceamus].*

[4](S[O]N[ATI]O. *R)edime domine animas seruorum tuorum alleluia.*

II. Custodi domine ossa eorum et non derelinquas ani[mas].*

ANTIPHONA. *Laudemus uiros gloriosos et parentes nostros uiros magne uirtutis et potentie sapientiam eorum narrant†[5] populi et laudem eorum nuntiet eclesie†[6]* *Versus.* Dominus custodit omnia.

[ANTIPHONA.] *Lex ueritatis hauitabit in eis alleluia quoniam iniquitas non est inuenta in labiis eorum cursum uite in pace perfecerunt alleluia alleluia.* (*Versus.* Ipsi uiderunt.)

YMNVS. Deus igne† fons animarum.[7]

VERSVS. Conuertere domine.[8]

CONPLETORIA. Memores huius uite et condicionis humane fratres karissimi oremus deum et dominum nostrum ut misericordiam quam uiuis petimus inpetremus etiam pro defunctis /et omnes patrum fratrum carorumque nostrorum animas[9] [col. 2. amplo illo ac beato Abraę gremio munerentur . ut dum electos[9]

[1] read *metum?*
[2] read *qui.*
[3] confitetur] *fit* on erasure.
[4] SONATIO R] inserted in a different red ink.
[5] read *narrent.*
[6] read *ecclesia.*
[7] Hymnus] supra p. 285.
[8] *Versus*] added?
[9] acc. for nom? or read *animae...dum cum electos?*

iustorum gregi piis agminibus adgregantur . quorum fiunt in sancta hauitatione participes eorum sint in prima resurrectione consortes. pater.

BENEDICTIO. Christus dominus qui morte sua mortuos fecit esse indemnes . exaudiat uos pro defunctis omnibus supplicantes. Omittat illis quicquid pastorali minus cauta prouisione egerunt . et uobis det implere quod digne sit ab illis est†[1] predicatum. Sicque eos omissis culpis in suum transferat regnum . ut uos ablata labe criminum faciat cum eis exultare post transitum. amen.

AD MATVTINVM.

DE PSALMO III. Super populum tuum.

ANTIPHONA. *Dabit uobis dominus requiem sempiternam et replebit splendoribus animas uestras et ossa[2] /uestra [f. 193.*b*. reuirescent de loco suo.* (*Versus.* Quoniam deus amat iudi[cium].)[3]

ORATIO. Deus domine uiuentium deus domine morientium. cui sic uincula†[4] omnia subiacent . ita etiam defuncta famulantur. cuius semper potestas eadem est nec mutata hominum condicione mutatur. Adesto carpetur†[5] carpentibus longam† saporem†[6]. caro†[7] somnium nostrorum uisita dormientes ęclesię tue paruulos . et progressis in pacem pignoribus da pacem tuam. Propitiare uiuis . propitiare defunctis . ut diffusa per omnes benignitate extendas medicamenta uiuentibus usque ad refrigeria mortuorum.[8]

ANTIPHONA. *Orietur in tenebris lumen uobis et tenebre uestre erunt sicut meridies et requiem uobis dabit dominus semper.* *Versus.* Cantate ei can[ticum].

ORATIO. Obsecramus clementiam tuam domine Ihesu Christe ut animas fidelium /defunctorum ILLORVM [col. 2. quorum odie commemorationem facimus lamentantes. condicionis nexibus absolutas . in eorum numero quos apud te uiuere profiteris adscribas. amen.

ALLELVIA. *Ossa uestra reuiuirescent†[9] quasi salices alleluia iuxta fluentes aquas alleluia.* (*Versus.* Laudate nomen.)[10]

[1] om. *est?*
[2] All the margin of this leaf is filled with sequelae, LAVDES *Alleluia.*
[3] *Versus*] in marg.
[4] read *sicut uiuida?*
[5] carpetur] omit?
[6] read *longum soporem.*
[7] perhaps *caros omnium.*
[8] In the margin *Super populum tuum quesumus domine descendat benedictio tua et salus tua credentium sanctificet corda. Vt uox* (read *uocem*) *ad te clamantium benignus exaudias . peccatorum et uinculis* (read *uinculis et*? or, as in Férotin's ordinal, *exaudias et uinculorum*) *nexibus constrictos miseratus absolbas . semperque uiuentes tegas a malo et quiescentes animas eruas ab eterno supplicio. amen.*
[9] read *reuirescent.*
[10] *Versus*] possibly added.

ORATIO. Clementissime domine audi seruorum tuorum preces . et animas quiescentium fideliumque tuorum inter uictricium turmarum katerbas facito conlocari. A dextris quoque filii tui domini nostri misericordia uenturi†[1] adsistant . et sanctorum tuorum consortio deputati regnum celeste sine fine possideant. amen.

PSALMVS. *Qui non aduersi sunt a domino et memoria eorum in benedictionibus et ossa eorum reuirescent de loco suo et nomen eorum reparabitur in filiis glorificatorum.* /*Versus.* *Sapientia†[2] eorum narrent populi et laudem [f. 194. eorum nuntiet eclesia . et nomen.*

DE PSALMO QVINQVAGESIMO. Ne proicias me domine.

DE CANTICO. Letitia sempi[terna].

BENEDICTVS. Sancti et humiles.

S[O]N[ATI]O. Redime domine ani[mas].

CONPLETORIA. Rogamus sanctam clementiam tuam pater omnipotens deus . propter animas famulorum tuorum aepiscoporum abbatorum†[3] presbyterorum diaconorum subdiaconorum clericorum uel omnium fidelium defunctorum Christianorum . quo†[4] huius uite anfractibus et terrene corporis conlubione substraere uoluisti . ut eas superne congregatione†[5] adsocies . atque inferorum sedibus ereptam†[6] cęlestibus habitaculis conloces . ita ut eorum caro que nunc iacent† exanimata . euigilent†[7] gloriosa . non sint penarum†[8] obnoxie sed spiritu gratie copulate . omnia facta eorum dicta et cogitata pia benignitate indulgeas . et per unigeniti tui gratiam et partem /accipiant glorie . et pleni- [col. 2. tudinem resurrectionis in futuro cum sanctis ualeant obtinere. pater.

BENEDICTIO. Christus dominus qui morte sua mortuos.[9]

[ITEM OFFICIVM DE DEFVNCTIS.]

V[ES]P[ERTINVM]. *Inlumina domine eis qui in tenebris et in umbra mortis sedent.*

S[O]N[ATI]O. *Redime.*

[1] read *misericordiam inuenturi*, see Lor. [2] read *sapientiam.*
[3] read *abbatum*?
[4] read *quas*, but originally the singular forms stood throughout the prayer with plural alternatives, see Férotin, col. 113.
[5] read *congregationi.* [6] read *ereptas*?
[7] read *iacet...euigilet*; plurals wrongly introduced in altering the formula.
[8] insert *atrocitatibus* with Férotin's ordinal. [9] see p. 348.

ANTIPHONA. *Ne conperdas nos domine cum iniquitatibus nostris nec in seculum indignas†[1] serues mala nostra.* (*Versus.* Ne tradas.)[2]

ALLELVIA. *Alleluia fac cum seruis tuis secundum misericordiam tuam alleluia alleluia alleluia.* (*Versus.* Memento nostri.)[2]

YMNVS. Christe rex mundi creator.[3]

VERSVS. Conuertere domine ali[quantulum].

CONPLETORIA. Precamur inmensam magnitudinem tuam ęterne omnipotens deus . pro animas famulorum tuorum quos de uoraginibus huius seculi ad te arcessire dignatus es . dignare eis domine dare locum lucidum locum refrigerii et quietis . liceat eis domine transire portas inferorum . et uias tenebrarum. Maneant in mansionibus Abrahe /Moysi . Dauid . Elie . [f. 194.*b.* Eleazari . Simeonis et ceterorum omniumque sanctorum in lucem illam sanctam quem†[4] olim promisisti Abrahe et semini eius. nullam lesionem sustineant spiritus eorum . ut quum dies ille magnus resurrectionis et remunerationis aduenerit . resuscitare eos digneri(s)[5] una cum patriarcis prophetis apostolis et martiribus tuis . et timentibus nomen tuum . dele eis domine delicta et peccata eorum usque ad nobissimum quadrantem . ut secunda mors in eis non habeat potestatem. pater.

BENEDICTIO. Christus dominus qui morte sua subuenit mortuis . orantes nos exaudiat pro defunctis. Vt uestris precibus exoratus . et nobis salutem obtabilem . et illis inpetretis quietem. Quo fides qua cum illis simul domino creditis . et nos iustificet /a delictis . et illos liberet a suppliciis [col. 2. sempiternis.

AD MATVTINVM.

[.] *Super populum tuum.*

ANTIPHONA. *Magna domine misericordia tua eripe animas eorum de manu inferni.* *Versus.* Conuertere . eripe.[6]

ORATIO. Petimus domine misericordiam tuam ut animas famulorum tuorum ILLORVM pietatis tue rore perfundas. Liberes eas de manibus terribiliorum ministrorum ut de loco

[1] read *indignans.*
[2] Versus] possibly added.
[3] Hymnus] supra p. 284.
[4] read *quam.*
[5] digneris] *s* on erasure.
[6] sempiternis] This is perhaps the point at which an insertion in the left hand margin of this page is intended to come in, viz. :—

*ANTIPHONA. *Non intres in iudicio cum seruis tuis domine quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uibens.* VERSVS. Ne tradas uesteis.* GIRA FOLIAS DVAS ET INVENIES SVA ORATIO IN ALIA *Non intres in iudicio* (see p. 354).

